DE CHIONIS QVAE FERVNTVR EPISTVLIS

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINE
ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS
RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

IOANNES GOERTZ
TREVERENSIS.



LIPSIAE
TYPIS ROBERTI NOSKE BORNENSIS
MCMXII.

Genehmigt von der philosophischen Fakultät am 31. Juli 1909.

PARENTIBVS

SACRVM.

Conspectus libelli.

Prooemium.

In editione epistolographorum Graecorum Hercheriana p. 194 sqq. inveniuntur etiam septendecim illae epistulae quae nomine Chionis inscriptae nobis traditae sunt. In his narratur Chionem iuvenem Heraclea Athenas profecturum esse, quo philosophiae studeat. Byzantii moratus parentes de sua absentia sollicitos consolatur filius et Thrasonem quendam, qui officiosus in se fuerit, grato animo patri commendat; tum patrem orat, ut Archepolin quendam Lemnium, Heracleam iter facientem, benigne excipiat, quamquam antea ab eo iniuriis affectus erat. Denique patri narrat se Xenophontem Byzantii vidisse rebusque magnis ab eo gestis valde delectatum et sermone cum eo habito maxime ad philosophiae studium inflammatum esse. In sequenti epistula navigationis pericula patri exponit iniuriasque tempestatis, nec non hostium impetum fortiter se sustinuisse praedicat. Iam cum patri nuntiat se Athenas pervenisse et Platonis consuetudine uti, simul summam animi pietatem erga praeceptorem suum praebet. Atque ubi Platonem induxit, ut munus a se acciperet, patri scribit se ex ea re maximam laetitiam cepisse. Pro donis a patre missis gratias agit atque ipsis illis domesticis donis se delectatum esse confitetur. Bionem amicum qui rarius sibi scribat, officii admonet. Deinde a patre reditum suum poscente petit, ut sibi diutius philosophandi causa Athenis morari permittat; sed de Clearchi tyrannide certior factus statim filius se rediturum patriamque a tyranno liberaturum esse respondet. Interea Clearchus ei redituro sicarium obviam miserat, quem fortiter atque imperterrito animo superavit et magistratibus tradidit. Haec Chion patri

ep. XIII enarrat denuoque ep. XIV declarat se paratum esse ad liberandam patriam. Tum laetus quod pater tyranno omnem suspicionem exemerit, ipse litteris ad Clearchum datis callidissime se purgat, quo facilius consilium suum tyranni necandi perficiat. Postrema denique epistula Platoni consilium suum patefacit ominaque mortis suae exponit et praeceptori dilectissimo valedicit.

Praeter ea quae ex epistulis his de Chione comperimus, pauca nobis tradita sunt ab antiquis scriptoribus. Haec igitur testimonia de Chionis vita atque condicione proferamus. Primum nomen eius nobis offertur in Indice Herc. philos. Academ. col. VI 13 (p. 37 Meckler), ubi inter Platonis discipulos numeratur etiam *Χίων ὅ(υ) τὸν (ἐ)ν (Ἡρακ)λείαι τύραννον ἀν(ελών)*. Deinde legitur in Memnonis historiarum Heraclea Ponticae excerptis, quae Photiana bibliotheca continentur (Photii bibl. cod. 224 p. 222 Bekker) Clearchum Heracleae tyrannum anno 351 a. Chr. n. *ὑπὸ Χίωνος τοῦ Μάτριος . . . καὶ Λέοντος καὶ Εὐξένωνος καὶ ἑτέρων οὐκ ὀλίγων συσκευασθῆναι πληγὴν καιρίαν ἐνεγκεῖν . . . οἱ δὲ περὶ τὸν Χίωνα τῇ τοῦ Χίωνος χειρὶ τὸ ξίφος διὰ τῶν κοινοῦ πολεμίου λαγόνων ἐλαύνουσιν.* Eiusdem porro facti memoriam faciunt Diodor. Sic. XVI 36, 3: *Κλέαρχος δὲ ὁ Ἡρακλείας τύραννος Διονυσίων ὄντων ἐπὶ θέαν βαδίζων ἀνηρέθη, ἄρξας ἔτη δώδεκα,* et Iustin. XVI 5, 12 sqq. *Haec illum* (sc. Clearchum) *facere duo nobilissimi iuvenes, Chion et Leonides, indignantes patriam liberaturi in necem tyranni conspirant. Erant hi discipuli Platonis philosophi, qui virtutem, ad quam cotidie praeceptis magistri erudiebantur, patriae exhibere cupientes quinquaginta cognatos vel clientes in insidiis locant. Ipsi more iurgentium ad tyrannum veluti ad regem in arcem contendunt; qui iure familiaritatis admissi, dum alterum [priorem] dicentem audit tyrannus, ab altero obtruncatur. Sed et ipsi sociis tardius auxilium ferentibus a satellitibus obruuntur.* Denique legis apud Suidam s. v. *Κλέαρχος: . . . ἀπέκτεινε δὲ αὐτὸν πρῶτον μὲν ἡ δίκη,*

εἶτα δὲ ἡ χεὶρ ἡ Χίονιδος, ὅσπερ οὖν ἦν ἑταῖρος Πλάτωνος καὶ χρόνον διήκουσε αὐτοῦ, καὶ τὸ μισοτύραννον ἐκ τῆς ἐκείνου ἑστίας σπασάμενος ἠλευθέρωσε τὴν πατρίδα. κοινωνὼ δὲ οἱ τῆς καλῆς πράξεως γενέσθαι λέγονται Λεωνίδης καὶ Ἀντίθεος, φιλοσόφω καὶ τώδε ἄνδρε· ὅπως δὲ ἔδωκε δίκην ἀνθ' ὧν ἐτόλμησεν, εἴρηται. Ex his vero scriptoribus ne unus quidem epistulas novisse videtur, quippe qui omnes de iis taceant. Exeunte demum saeculo quinto decimo iterum in lucem prodierunt editione Aldina, ex qua repetitae sunt et editio Caseliana anni 1593, cui auctor versionem latinam addidit, et editio Cuiaciana a. 1606 p. Chr. n. Inde postquam epistulae quaedam separatim emissae sunt, anno 1765 Jo. T. Coberus omnes denuo recensuit iisque praefationem praemisit, cuius vestigia premens anno 1803 A. G. Hoffmannus prolegomena ad Chionis epistulas scripsit. Haec una cum textu Coberiana repetivit in sua Memnonis reliquiarum editione notasque adiecit J. Conr. Orelli a. 1816. Quibus prolegomenis demonstraverunt Coberus et Hoffmannus certissimis argumentis ex temporum ratione et genere dicendi petitis epistulas nostras non a Chione ipso scriptas, immo ab auctore ignoto incertae aetatis fictas esse. Coberus ille quidem coniecit sophistae cuidam eas attribuendas esse, cuius aetatem Hoffmannus multifariis usus argumentandi rationibus ad quartum p. Chr. n. saeculum referre voluit. Valde placuit haec coniectura Westermanno; hic vir doctissimus commentationibus illis, quas conscripsit de epistolarum scriptoribus Graecis, Chionis quoque tractationem inseruit III 43. Eidem debemus notitiam optimi Chionis epistularum codicis, dico Mazarineum 6 II A. Contra hos sagax exstitit arbiter J. F. Marcksius, qui in dissertatione sua *Symbola critica ad epistolographos Graecos* inscripta (Bonnae a. 1883) auctorem nostrum ad longe superiorem aetatem referendum esse coniecit, quod saeculum p. Chr. n. primum dixit. Tam diversa cum sint virorum doctorum de Pseudo-Chionis aetate iudicia, denuo quaestionem illam

instituamus et perscrutemur, qua aetate Chionis quae feruntur epistulae compositae sint.

A. De fontibus.

Atque cum auctorem epistularum ea quae de rebus Heracleoticis profert, ex aliis scriptoribus iisque antiquioribus hausisse consentaneum sit, primum quaeramus, quibus fontibus auctor noster usus sit; ita enim alterum vitae eius terminum eruemus. Inter scriptores igitur, qui Heracleae urbis Ponticae historiam tradiderunt, ceteros aetate superat Herodorus Heracleota, cuius ex libris *περὶ Ἡρακλείας* fragmentum nobis servatum est in Schol. Apoll. Rh. II 815 (cf. Mueller *F. H. G.* II p. 40). Deinde Nymphis Heracleota aetate Ptolemaeorum historiam patriae scripsit tredecim libris, quorum fragmenta collecta sunt *F. H. G.* III p. 317 sq. Huius porro ex libris quasi fonte cum Promathidas et Domitius Callistratus tum Memnon hausisse videntur (cf. quae Mueller *F. H. G.* III 525 adnotavit). Denique his adnumerandus est Timagenes Milesius, cuius hominis incertae aetatis solus Suidas meminit dicens s. v.: *Τιμαγένης ἢ Τιμογένης Μιλήσιος ἱστορικὸς καὶ ῥήτωρ. Περὶ Ἡρακλείας τῆς ἐν τῷ Πόντῳ, καὶ τῶν ἐξ αὐτῆς λογίων ἀνδρῶν βίβλια ē καὶ ἐπιστολάς.*

Es his rerum Heracleorum scriptoribus Nymphidem pro Chionis auctore habendum esse Marcksius probabili coniectura effecit. Cum enim in ep. XIII Nymphidem quendam commemorari observasset, suspicatus est eundem eum esse atque scriptorem illum, quem modo memoravimus. Nec quicquam obstat huic sententiae, quod Nymphis qui scriptor multo postea usque ad Ptolemaei Euergetae tempora vixit [1]) in epistulis Chionis amicus et Clearchi consanguineus nominatur. Nam in aliis quoque rebus temporum rationem

---

[1]) cf. Susemihl, *Geschichte d. alexandrin. Literatur* p. 620.

neglexit noster, velut in ep. III Chionem cum Xenophonte Byzantii versantem colloquentemque eo facit tempore quo nondum natus fuerat.

Attamen alia observatione eo adducor, ut scriptoris nostri fontem Memnonis historiam Heracleensem fuisse coniciam. Nam scriptor epistolarum id spectavit (quod infra latius exponemus), ut ingenium moresque Chionis describeret. Hoc autem optime conspirat cum Memnone, qui ipse quoque eo potissimum consilio historiam suam composuit, ut „*πράξεις ἤθη βίους τέλη*"[1]) Heracleae tyrannorum depingeret. Atque ipsa hac re quod historiam ad mores rettulit, differt a Nymphide.[2]) Nec non aliam coniecturam liceat addere. Etiamsi argumentum ex silentio scriptoris captum non ita firmum est, tamen alicuius momenti mihi videtur esse, Memnonem historicum, ubi Clearchum Heracleae tyrannum a Chione necatum esse enarrat, nullo verbo epistularum meminisse, quamquam eae Chionis effigiem tam expressam proponebant. Nonne igitur iudicandum est epistulas tum temporis nondum fictas fuisse, immo auctorem post Memnonem vixisse? Hunc autem primo p. Chr. n. saeculo historiam suam composuisse viri docti certe coniecerunt (cf. Mueller l. c. III p. 525, Kaibel l. c.).

Iam cum alterum vitae auctoris terminum investigemus, duplex nobis via atque ratio praesto est; quarum alteram inimus genus dicendi scriptoris cognoscentes, alteram epistularum argumenta examinantes et rationem consiliumque indagantes.

Atque ut primum genus dicendi perscrutemur, id spectamus in quaerendo utrum auctor sermonem communem reddat, an et quatenus praebeat dictionem et elegantias Atticorum maximeque Atticistarum.

---

[1]) cf. *ὑπόθεσιν* primo Memnon. hist. fragmento praemissam F. H. G. III 526.

[2]) cf. Kaibel *Hermes* XXX (1895) p. 510 not. et Leo *Griech.-röm. Biographie* p. 143.

B. De genere auctoris dicendi.

I. Quatenus auctor sermone Atticorum Atticistarumque utatur, docent haec:

a) De formarum usu.[1])

ep. XVII 3 ἀπαλλάττεσθαι; IV 2 ἐλίττων; III 7 bis V VI bis XIV 4 ἧττον; III 7 V ἥττονα; IV 4 θάλατταν; IV 2 θαλαττίου; I III 7 XVI 8 κρείττων; XIV 1 πράττωμεν; XVI 8 ταραττομένῳ; -μένων III 3; XIV 4 τάττηται; X τέτταρες; XVI 4 φυλάττειν; XV 2 φυλάττονται. Una tantum scribendi σσ forma exstat in verbo μαλθάσσειν ep. III 5, sed hoc poetice dictum est. Tametsi scriptura ττ imprimis Atticistarum propria est, etiam sermoni vulgari litteris mandato eam non alienam fuisse docet Croenert *Memor. Graec. Hercul.* p. 134 sq.[2]) Item Attico more ρρ pro ρσ scriptum est III 6 θαρραλέος; XII θαρραλεώτερον; IV πόρρω; XIII 3 πορρωτάτω; cf. Moeridem Atticistam p. 174 (edit. Kochii): θάρρος Ἀττικῶς, θάρσος Ἑλληνικῶς, quem sequitur Thomas Magister p. 175 et 273 (edit. Fr. Ritschl). Tamen etiam in sermone communi saepius ρσ invenitur. Nam Polybium semper θαρρεῖν scripsisse docet Kaelker *Leipziger Studien* tom. III p. 223 similiaque de aliis τῆς κοινῆς scriptoribus statuerunt Thumb l. c. p. 77, Croenert l. c. p. 133, Helbing l. c. p. 20.

Formam Atticam τήμερον pro σήμερον sermonis communis habemus ep. XVI 3 (cf. S IV 232, 580, 684); σήμερον repudiant Moeris p. 331, Thomas Mag. p. 348.

μόλις, non μόγις legitur ep. III 6 IV 2, quibus de formis

---

[1]) Praemoneo prae incerta codicum traditione certum iudicium de scriptura et orthographia haberi non posse.

[2]) cf. etiam Schweizer *Grammatik d. pergamen. Inschriften* p. 125; Thumb *d. griech. Sprache im Zeitalter d. Hellenismus* p. 79; Mayser *Grammatik d. griech. Papyri a. d. Ptolemaerzeit* p. 223 not.; Helbing *Grammatik d. Septuaginta* p. 18, 5; W. Schmid *der Atticismus in seinen Hauptvertretern von Dionys. v. Halic. bis auf den 2. Philostratus* IV 579; quod opus per totam hanc disceptationem breviter littera S significabo.

copiose disseruit S I 167 III 138 IV 197; qui magnam aqud Atticistas discrepantiam statuit, cum ostendit *μόγις* tradi Luciani et Philostrati libris melioribus, sed *μόλις* reperiri apud Dionem Prus. et Aristidem, utrumque apud Polemonem et Aelianum. Eandem discrepantiam esse apud scriptores *κοινῆς* demonstravit Croenert p. 98 not. 2 neque aliter rem se habere apud Atticos edixit Kuehnerus I p. 155 not.[1])

Iam verba faciamus de rebus grammaticis.

Accusativus pluralis vocum in *-εύς* desinentium terminatione *-εῖς* instructus est ep. I *γονεῖς*, sed vere Attica terminatione *-έας* IV 3 *ἱππέας* et VI *ἀμφορέας*. Atticistae non nisi formas antiquiores in *-έας* desinentes exhibent praeter Aelianum, apud quem tribus tantummodo locis accusativum in *-εῖς* libri praebent (cf. S III 23 IV 19 sq.; Croenert p. 173 not. 2). Cum illis faciunt veteres grammatici, qui clausulam *-εῖς* vituperant, ut Thom. Mag. p. 115, Antiatticista Bekkeri anecd. p. 87 14, Lexic. Segner. p. 87 (cf. etiam Kuehner I 448 adn. 3).

Ἄρης genetivum *ἄρεος* praebet ep. III 3, ubi Atticistarum usum secutus est auctor (S III 28 IV 23). Poetae Attici *Ἄρεως* et *Ἄρεος* exhibent, prosaici solum *Ἄρεος*, quibuscum constanter faciunt tituli papyrique (Kuehner I 513 not. 3; Croenert p. 164), cum ceterorum *κοινῆς* scriptorum lectio fluctuet.

Accusat. plur. *σταδίους* IV 2 legitur; hanc formam heterocliticam hiatus vitandi causa pro *στάδια* exhibuisse auctorem nostrum ecquidem non puto, quippe quem illi componendi artificio non studuisse infra ostendemus; immo nostrum hic ab Atticistis pendere existimo, quorum Aelianus neutrum genus omnino sprevit non aliter atque Aristides, apud quem duobus tantum locis *στάδια* traditur, cum medium quendam locum in exhibendis formis *στάδια* et *σταδίους*

---

[1]) *Grammatik d. griech. Sprache,* tom. I 3 ed. Blass, tom. II 2 ed. Kuehner.

obtineant Philostratus et scriptores *κοινῆς* (S III 27 IV 23; Croenert p. 175 not. 4). Etiam ex locativo *Ἀθήνησιν* ep. XI Atticista cognoscitur; nam statuit S IV 585 locativum sermoni communi defuisse, sed ab Atticistis revocatum esse et receptum ex usu Atticorum. Maioris autem momenti est dualis *τὼ χεῖρε* ep. XIII 2.

Quo de numero diserte verba fecit H. Schmidt *de duali Graecorum et emoriente et reviviscente* in *Breslauer philol. Abhandlungen* tom. IV 4, cuius de disputatione haec refero: Postquam de scriptoribus inde ab Aristotele diligenter dualis rationem habuit, concludit circa annum a. Chr. n. centesimum dualem prorsus evanuisse (p. 50). Tum statuit temporibus Augusti dualem reviviscere, cuius vestigia prima apud Dionysium Halic. invenirentur. Inde autem a Dionysii aetate dualem numerum magis magisque crescentem aperte videmus ex tabella Schmidtii p. 44 sq. prolata. Recte igitur causam reviviscentis huius numeri ad studia Atticistarum refert (cf. etiam Meisterhans *Gramm. d. attisch. Inschriften* 3. edit. § 81). Aut igitur auctor epistularum ante annum 100 a. Chr. n. scripsit aut post Caesaris tempora.

Cum adiectiva examinamus, accusativus *πρᾶον* ep. III 3 Atticorum usui loquendi respondet (cf. Krueger *Griech. Sprachlehre für Schulen* 1843/62 § 22 13 adn. 2) atque consentit cum Photii praecepto: *πράως, οὐ πραέως, καὶ πρᾶιον, οὐ πραῦ, καὶ πρᾶος, οὐ πραῦς* et Atticistarum usu, a quibus ipsas illas formas o-declinationis ad dignitatem reductas esse ostendit S IV 584. Item forma vere Attica feminini generis *πραεῖα* exstat ep. XVI 8.

Comparativus *πλείων*: Atticistae semper exhibent, ut Attici,[1]) comparativum *πλείων*, sed formam vere Atticam neutrius generis *πλέον* solum Aelianus constanter praebet, cum vacillet Aristidis consuetudo (S III 24 IV 18). Ergo in

---

[1]) cf. J. M. Stahl *Quaestiones Thucydid.* 1886 p. 57; M. Provot *de Hermogenis Tarsensis dicendi genere* 1910 p. 21.

hac quoque re Atticos sequitur auctor, qui scripsit *πλείω* XI, sed *πλέον* XVI 3. Scriptores autem *κοινῆς* inter se distant, quorum Geminum Philodemum Onosandrum formam *πλεῖον* praetulisse, sed praeponderasse magno opore *πλέον* apud Agatharchidem Strabonem edixit Croenert p. 108 adn. 2 (cf. Mayser p. 69).

Ut pro comparativo legitur positivus *μᾶλλον* voce apposita ep. II *χρηστός δὲ μᾶλλον*, ita superlativi vel elativi loco saepius invenitur positivus appositis his voculis *λίαν*: XIV 2 *λίαν ὀχυρά, πάνυ* III 3, 4; IV 2 *πονηρῶς πάνυ*; V X XIV 3, 5; *τελέως* XII XV 1; *ἔγγιστα ὅμοιον* XIV 2. Quae locutiones frequenter apud Atticistas praeter Philostratum occurrunt (S IV 614).

Quod pronomina attinet, non dubium est, quin auctor pronomen indefinitum *τίς* et *τί* compluribus locis ea de causa addiderit, ut dictioni Atticam elegantiam illinat; cf. ep. XIV 5 *τὸ . . . φροντίζειν . . . ἀνδρός ἐστιν οὐ πάνυ τι ἐλευθέρου*; XVI 4 *ἦ οὕτω τι ἐραστὴς ἀπεχθειῶν εἰμι*; XVI 1 *ἐπιμιξίαν τινὰ ἔσχε*; XVI 2 *καθ' ἡδονήν τινα*; etiam in hac re ab Atticistis pendet, qui ipsi quoque pronomine indefinito abutuntur (cf. S III 68). Locutionem illam quidem *οὕτω τι* XVI 4 non Atticam esse, tamen apud Arrianum frequenter exhiberi Kruegerus ostendit (*ad Arrian. anab.* I 22, 1); sed Philostrato Atticistae in deliciis fuit et exstat apud Aristidem rhet. p. 527, 31 Spengel.

Non minus Atticistam prodit pronomen demonstrativum *τουτί* ep. XVII 2 *τουτὶ τὸ μνῆμα* (cf. S IV 613). De pronominis vero relativi attractione verba non facerem, quippe quae omni aetate Graecae linguae usitata fuerit, nisi hanc structuram Atticismum esse mire declamaret Schol.Thuc. I 50 1 (cf. S III 67 IV 633). Pronomen relativum attractum legimus ep. IV 2 XVI 1 bis XVI 7. Ob eandem causam affero pronomen *ὁποῖος* pro *οἷος* positum ep. III 6 XVI 2: De eo Schol. Aristoph. Plut. 392 dicit *ὁποῖον* (pro *οἷον*) *'Αττικόν.*

Transeamus ad verba examinanda: *δείδω*; perfectum

δέδοικε, non δέδιε praebuit auctor ep. XIII 1. Apud Atticos Atticistasque utraque forma, sed rarius δέδια legitur (S. III 39 IV 33, 601).

δύναμαι: δυνήσομαι forma futuri media atque vere Attica reperitur ep. III 5, non δυνηθήσομαι, forma passiva, quae posteriorum scriptorum, sed non Atticistarum est (S II 30; Croenert p. 237).

πλεῖν: futuri forma πλεύσεσθαι III 5 et πλεύσομαι XIII 2 legitur, sed πλευσοῦμαι XII. Ut apud Atticos usus vacillet, ita apud Philostratum Atticistam, cum Aristides non nisi formas in -οῦμαι -εῖσθαι desinentes praebeat.

σημαίνω: Huius verbi liquidi aoristus regulam Atticam sequitur qua vocalis α in η mutatur III 2 ἐσήμηνεν. Quamquam apud Xenophontem aliosque Atticos scriptores saepius etiam legitur σημᾶναι καθᾶραι, tamen has formas vituperat Phrynichus ecl. p. 24 Lob. et Atticistae rarissime modo iis usi sunt (cf. Croenert p. 226 5).

Etiam ex ὀνομάτων ἐκλογίᾳ Atticista cognoscitur; vocabula auctoris, quae huc spectant, duas in partes dividi, quarum altera continet voces nostro cum Atticistis et sermone vulgari communes, altera ea vocabula, quae cum in sermone communi plane desiderentur, Atticistis propria videntur. Hoc praemoneo, me ceteros scriptores qui aliquam vocem nostri auctoris exhibent, non iam nominatim afferre, si in Schmidii libris enumerati sunt; atque ea quae Novo Testamento desunt verba Schmidium sequens signo + significabo.

b) Vocabula auctori cum Atticistis et scriptoribus κοινῆς communia.

ep. VI + ἀδωροδόκητος „qui munus recusat" pro antiquiore ἄδωρος vel ἀδώρητος S II 72, Dinarch., Arist., Philo, Cicero Attic. 3, 7.

XV 2 XVI 2 + ἀνήκεστος S I 106, 253 II 77 III 101 Pol. Plut.

XIV 2 + ἀνίατος S IV 129 Dem. Dion. H. Plut. Jo. Chrys.

XIII 3 + γλίχομαι S III 108 IV 144 Bekkeri anecd. 131, 3.

IV 3 + διαγκυλόομαι; τὴν λόγχην διηγκυλωμένος Xenoph. Anab. 4, 3, 28; 5, 2, 12; addito accusativo τόξον Herodian. 1, 14, 18; κεραυνὸν Luc. Iov. conf. 15.

XIV 4 δοῦλος adiectivum Her. Trag. Arist. Dio H. Herodian. N. T.

IV 3 + δρομικός S I 260 III 110.

XIV 2 + δυσίατος S IV 288 Arist. Galen. Dio C.

XVI 1 ἐπιμιξία πρός τινα Her. Xenoph. Pol. Jos.

XVI 4, 5 + ἐραστής c. gen. S IV 170.

XIII 2 + ἰλιγγιάω S I 129 II 118 IV 183 Lys. Plut. Hel.

III 3 κομήτης adiect. Ar. Soph. Eur. Pl. Lys. Arist. Plut.

XVII 2 + κότινος Ar. Theophr. Plut. Paus. Philostr. Clem. Alex,; cf. Moeris: κότινος Ἀττικῶς, ἀγριέλαιος Ἑλληνικῶς; similiter Thom. Mag. p. 198; cf. etiam Hesych. s. v. κότινος qui distinguit a κότινος voce ἀγριέλαιος.

III + κυνηγετικός adiect. S IV 363.

XVI 1 + μόναρχος praeter formam μονάρχης exstat cum apud Atticistas tum scriptores κοινῆς, quae studio elocutionis variandae formam in -ης desinentem praeter veterem in -ος recepit (cf. Schmidt *de Flavii Jos. eloc.* in *Fleckeis. Jahrb.* tom. 20 p. 485 sq., S IV 683); S III 247 Pind. Aesch. Ar. Thuc. Pl. Plut.

III 7 XVI 4 + πέρα S II 141 III 145 IV 214; ταῦτα μὲν οὖν οὐχ ἱκανὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἱκανοῦ πέρα ep. III 7; ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ τοῖς μὴ φιλοσοφήσασιν ἱκανή, μᾶλλον δὲ πέρα τοῦ ἱκανοῦ ἀπολογία XVI 4; pro dictione nostri auctoris apud Atticistas et Soph. Eur. Pl. Isocr. legimus πέρα τῶν ἱκανῶν.

III 2 + πολυχρόνιος S I 54, 286 Pol. Plut.

IV 3 XIII 3 πόρρω S IV 220 qui tamen errat, cum Polybio et κοινῇ vocem omnino abiudicat; cf. Pol. 5 34, 8 πορρώτερον.

XV 2 προνοητικός Xen. Plut. Strabo Philo Anton. Iren Cleom.

III 2 + σαλπιγκτής; Moeris p. 322 σαλπιγκτής Ἀττικῶς, σαλπιστής Ἑλληνικῶς, sim. Thom. Mag. p. 332. Sed cum

epistularum codex August. praebat σαλπικτής, audias quoque Croenert p. 71 not. 2: *E titulis* σαλπικτής *(inde a saecl. IV a. Chr. n.) non vero* σαλπιγκτής *adhuc notatum est, cf. Meisterhans p. 84*[3], *sed in libris formam nasali instructam longe maximam habere auctoritatem pronuntiavit Lobeck. ad Phryn. p. 191, quae quam recte dicta sint, ipse ex Polybii Josephi Plutarchi codicibus perspicio.*

XIII 1 + σκεμμα Plat. S I 289 IV 227.

XVII 2 + ταινία = vitta; Moeris p. 329: ταινία Ἀττικῶς, στηθοδεσμίς Ἑλληνικῶς; Pl. Xen. Dem. Arist. Theophr. Pol. Diodor. Plut. Pollux VII 65 (Dindf.) Clem. Prot.

c) Vocabula, quae cum in sermone communi omnino desint, Atticistis propria videntur.

VI + ἀμφορεύς Moeris p. 41: ἀμφορεύς Ἀττικῶς, μετρητής Ἑλληνικῶς, item Thom. Mag. p. 15: μὴ στάμνης λέγε, μηδὲ μετρητής.

IX + ἀμνημονέω Attici S III 100; ἀμνημονεύω Pol. Plut. Luc. Diog. La.

VII 1 + ἀποπληξία Hippocr. S II 176 Plut. Poll. V 121, Hesych.

V + ἀπράγμων S I 108, 256 III 103 Dem.

VII 2 + ἀστάθμητος S I 52, 111 Plut. Porph. Lib.; Polyb. pro eo ἀστάθμευτος scripsit.

XVI 2 + ἀφιλοσόφητος Dion. H. Schol. Hom. Il. et Odys., pro eo Pol. Plut. aliique ἀφιλόσοφος.

IX + γεύομαι sensu tralato utitur: γευσάμενον φιλοσοφίας; sim. S I 113, Eur. Plato.

XII + δεκαετία Dion. H. Strabo Plut. Galen. Dio C.

IV 3 + θοιμάτιον S II 251 III 294 sq. IV 272, 727; Moeris p. 170: θοιμάτιον Ἀττ., ἱμάτιον Ἑλλ., sim. Thom. Mag. p. 176 θοιμάτιον κάλλιον ἢ τὸ ἱμάτιον διαλελυμένως.

XVI 4 + ἑκοντί S I 150 Plut. Dio C. cf. Thom. Mag. p. 117, qui recusat vocem ἑκοντής, sed commendat adverb. ἑκοντί: καὶ ἐθελοντὶ γὰρ καὶ ἑκοντὶ ῥητορικά. Hic quoque ostendit

Aristidis ἐπόντα ἐπιγράμματα ἑκοντὶ ἐξεκόλαπτον (Aristid. or. 46, 303 Dindorf); Lobeck. ad Phryn. p. 5 plura suppparium aetati Aristidis scriptorum collegit et animadvertit non ita antiquum videri ἑκοντί ut Aristoteli concedi posset.

IV 2 + καταδαρθάνω S I 271 IV 188.

IV 3 οἴομαι sensu = velle, in animo habere (ἀναστάντες οὖν ἐξῄειμεν ὀψόμενοι τὴν πόλιν ὡς ᾠόμεθα) perraro apud Atticos legitur, iterum ac saepius apud Atticistas Dionem Prus., Luc. Aristid. Philostratum (S I 128, 279 II 133 IV 205, 725). Sed quod Phrynichus p. 190 ipse quoque dicit βίβλιον ὅπερ οἴεται δηλοῦν, hanc structuram sincere Atticam ei visum esse atque nostrum hic ab Atticistis pendere existimo.

IX + ὀλιγωρία περί τινα; Pollux I 22 Dindf.: ὀλιγωρία περὶ τὸ θεῖον; nescio an haec dictio Atticistis propria sit; nam Dem. praebet ὀλιγωρία πρός τινα, Pol. — περί τινος.

οὐδεῖς dissolutum est in οὐδὲ εἷς; qua dictione Attici nisi ut negationem augerent, non usi sunt; auctor Atticistas sequitur, qui illa locutione sermoni elegantiam illinere studebant. Frequentissime οὐδεὶς dissolutum videmus apud Aelianum, nec non apud Dionem Prus., Philostr. Hermogenem (S I 130 III 143 IV 210).

XVI 5 + ταρακτικός Dion. H. Epict. Plut. Athen.

XVII 2 + τυραννοκτονία S. I 377 Philo. Appian. Hermog.

Iam statuamus etiam in syntaxi auctorem cum Atticistis facere.

d) De syntaxi.

Primum auctor more Atticorum articulum cum genetivo substantivi coniunxit, qui periphrastice vices simplicis nominis substantivi ageret ep. III 7 τὰ τῶν ἀνέμων αἰσιώτερα; XVII 1 τὰ τῶν συνωμωτῶν ἐστιν ἡμῖν ὀχυρά. Hoc Graecismo, qui dicitur, libri Novi Testamenti carent.[1]) Quodsi auctor neutra adiectivorum et participiorum vi substanti-

---

[1]) cf. S IV 612; G. Stallbaum *ad Plat. Polit.* VII 563 c.

vorum instruxit, hanc dicendi consuetudinem cum Atticistis et scriptoribus *κοινῆς* communem habet. Sed quod neutris illis adiectivorum vel participiorum multa additamenta adiecit, velut genetivum dativumque XIV 5 *τὰ τῆς πατρίδος συνημμένα μοι* et praepositiones cum suis casibus IV 1 *τὰ ἐν Περίνθῳ συντυχόντα*, II *τὰ περὶ τὴν χώραν ἄξια θέας ὄντα*, XVI 4 *τὰ ἐκ τῆς φιλοσοφίας ἀγαθά*, hunc loquendi usum Atticistarum studiis meo quidem iudicio debet (cf. Schmidt *de Flavii Jos. eloc.* p. 366, S II 34 III 45 IV 41).

Venimus ad infinitivum loco substantivi usurpatum. Ne hac quidem dicendi consuetudine contra Atticos facit auctor, qua quam saepe usi sint Attici et scriptores *κοινῆς* docuit Birklein *die Entwickelungsgeschichte d. substantiv. Infinitivs* in Schanz *Beiträge z. histor. Syntax d. griech. Sprache*, tom. III parte I (Würzburg 1888). Etiam apud Atticistas infinitivus frequentissime vice substantivi fungitur (cf. Schmidt *de Flavii Jos. eloc.* p. 425 et S IV 618).

Nominativus infinitivi in epistulis legitur VII 3 XI bis XII XIV 5 XV 1 ter XVI 3; genetivus pendens a substantivis VIII *ἀφορμὴν λαβεῖν τοῦ ποιῆσαι φίλον*, XIV 3 *φόβος τοῦ παθεῖν*; genetivus comparativus XVI 6 *τιμιώτερον τοῦ εἰδέναι — ἢ — τοῦ ζητεῖν*; dativus IX *τῷ συνεχῶς γράφειν*; accusativus I *ὅπως ἆθλον. . . . καταστήσετε τὸ μακαρίους ὑμᾶς ποιῆσαι γονεῖς, ἀλλὰ μὴ τὸ παραμυθίαν ἐκ τῆς ἐμῆς παιδείας προσδέχεσθαι*; V *οὐ γὰρ ἥττονα εὐδαιμονίαν λέγει τὸ ἀγαθοὺς ποιεῖν τοῦ ἀγαθὸν γίνεσθαι· τὸ μὲν οὖν ὠφελεῖσθαι τοῖς δυναμένοις τῶν φίλων αὐτὸς παρέχει, τὸ δὲ ὠφελεῖν οὐχ ἧττον παραλαμβάνει παρά . . .*; XII *εἰ δὲ καὶ παντάπασιν ἐν ἀδυνάτῳ εἴη τὸ ὠφελεῖν, τὸ γοῦν μετέχειν βλάβης ἑκόντα ἀρετῇ μὲν παραπλήσιόν μοι δοκεῖ*; XVI 8 . . . *ἔμαθες, ἀλλὰ καὶ τὸ ζητεῖν δεξιῶς, ἃ μήπω οἶδας.*

Post praepositiones infinitivus positum est velut III 7 *εἶναι πρὸς τῷ πλεῖν*; post *εἰς* XIV 5: *τὰ μὲν οὖν ἐμὰ . . . ἀσφαλέστερα εἰς τὸ παθεῖν ἢ Κλεάρχῳ εἰς τὸ δρᾶσαι*; hanc structuram Xenopho habet in deliciis, de quo eandem sumptam esse suspicor; post *ἐπὶ* infinitivum habemus XV 1

ἐπὶ μὲν τῷ συμπείθεσθαι . . . συγχαίρω. Villoison ille quidem Anecd. II 82 iudicat, elocutionem illam Atticismum esse, tamen etiam apud Polybium Josephum aliosque exstat.

Infinitivus absolute positum est XIV 5: *τὰ μὲν οὖν ἐμὰ ἐφ' ἑαυτῶν σκοπεῖν.* Atticismus hic habetur a Gregor. Cor. p. 73 et Moeride p. 331.

Item Atticistis propria est genetivi structura temporis spatium significantis III 1 *ἑκάστης ἡμέρας τοῖς βασιλέως στρατηγοῖς παραστρατοπεδευόμενος.* Hanc sermoni Aeliani aetatis plane evanuisse dicit S III 54, quippe quod Aelianus V. H. 67, 65 illam genetivi structuram iuxta structuram *κατὰ* cum accusativo, sermoni vulgari propriam, posuerit (Villoison. anecd. II 80): *τῆς αὐτῆς ἡμέρας καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν ὥραν ὤφθη.* Praeterea genetivus ex adiectivis relativis pendens Atticistam iudicat XV 2 *τυφλοὶ τῶν κοινῇ συμφερόντων εἰσί* (quae structura de Xenophonte sumpta videtur esse; cf. Xenoph. Symp. 4, 12 *τυφλὸς δὲ τῶν ἄλλων ἁπάντων μᾶλλον δεξαίμην ἂν ἢ ἐκείνου καὶ ἑνὸς ὄντος*), et comparativus a quo genetivus nominis abstracti pendet XVI 6: *οὐχ ὅπως τοῦ εἰδέναι ταῦτα ἀλλ' οὐδὲ τοῦ ζητεῖν τιμιώτερον* (cf. S. IV 612).

Praeterea afferendum est verbum *οἶμαι* structurae interiectum ep. II *θέας μὲν οὖν οὐδὲν οἶμαι χρῄζει.* Huius dictionis Atticistae amantissimi erant quod cognosces ex libris eorum collatis. Audias quoque Hermogenem de ea disserentem (*περὶ ἰδ.* p. 293, 30 Spengel) *ἦθος* eam dare atque *σεμνότητα* refutatam demonstrare; et Aristidem rhet. II 12 *ἀφελείαν* eam efficere cui etiam nostrum narratione studuisse nemo negabit qui epistulas inspexerit (cf. p. 43).

Iam velim attendas quomodo enuntiata conditionalia finaliaque auctor struxerit. Viri enim docti[1]) statuerunt optativum magis magisque evanescere in libris scriptorum

---

[1]) cf. H. Diel *de enuntiatis finalibus apud Graecorum rer. scriptores poster. aetatis*, Wirceb. 1894; Blass *Gramm. d. neutestamentl. Griechisch* § 66.

posteriorum, sed ab Atticorum imitatoribus denuo recipi. Neque recte iudicavisse Radermacherum puto, cum optativis quibusdam in sermone communi repertis illorum sententiam convellere voluerit.[1]) Nam quod Josephi usum quasi testem *κοινῆς* demonstrat, non dubito, quin Josephus in optativis exhibendis eodem modo ab Atticistis pendeat, quo cum iis facit usu dualis Arch. Jud. 6,5 *μόνω δ' ἤστην*. Ipse enim hoc duali verbi exhibendo Josephus inter ceteros scriptores Atticistasque suae aetatis eminet, quoniam is verbi dualis inde ab aetate Demosthenis et Isocratis primus est qui legatur (cf. H. Schmidt l. c. p. 32). Itaque re vera auctor a parte Atticistarum stat, cum in epistulis ipsis quoque multos optativos neque eos aliis structuris evitatos inveniamus.

Venimus ad praepositiones examinandas. *Διὰ* praepositio cum verbo *εἶναι* coniuncta dictionem periphrasticam efficit XVI 1 *δι' ὑποψίας εἶναι*. Haec similesque elocutiones *διὰ — ἔχειν — γίγνεσθαι — ἔρχεσθαι* multae exstant apud Atticos; perpaucae apud scriptores *κοινῆς*, in Novo Testamento omnino non reperiuntur, sed revocantur ab Atticistis ut a Dionys. Hal., Luciano, posterioribus (cf. S IV 626; Schmidt *de Flav. Jos. eloc.* p. 396).

ἐπὶ: XIV 5 *ἐφ' ἑαυτῶν* sensum praebet „per se", quod saepissime legis apud Platonem et Xenophontem.

μετὰ more Atticorum exhibitum est compluribus locis.

παρὰ pro *ὑπὸ* apud passivum legitur I *παρ' ὑμῶν γενέσθαι*, XIII 1 *μικρὸν ὕστερον ἢ γραφῆναί σοι τὴν περὶ τῆς νόσου παρ' ὑμῶν ἐπιστολήν*; hoc usitatum est cum Polybio tum Atticistis (S IV 616).

περὶ cum accusativo circumscribendi genetivi causa ut a Polybio Luciano Philostrato usurpatur XIV 1 *ἐκ τῆς περὶ ταῦτα συντυχίας* (S IV 629)

πρὸς genetivo instructum cum praepositione *ὑπὸ* con-

---

[1]) cf. Radermacher *Demetrius περὶ ἑρμηνείας* p. 72 not.

funditur XIV 2 παρατάξις λίαν ὀχυρὰ γίνεται πρὸς τοῦ πλήθους. Quae structura raro apud alios Atticos obvia nusquam apud rhetores deprehenditur, saepius autem apud Herodianum et aliquotiens apud Lucianum (Krueger II § 52,5,2; Schmidt *de Flav. Jos. eloc.* p. 390) — πρὸς cum dativo: III 7 εἶναι πρός τινι dictionem inde a Platone usitatam cum κοινῇ tum Atticistis propriam fuisse, attamen raram exstare in N. T. libris pronuntiavit S IV 629.

ὑπὸ vi causali praeditum est VII 3 ὑπὸ μορίας; quem loquendi modum apud Atticos saepissime obvium plane evanuisse in sermone vulgari, sed reviviscere apud Atticistas cognoscitur ex iis quae dicit S IV 467, 631. Hoc quoque loco afferendus est dativus passivo appositus, ubi exspectamus ὑπὸ cum genetivo ep. III 3: οὐ γὰρ ἡμῖν ἐξηκούοντο. Etiam hunc Atticismum facit S IV 612.

χάριν praepositione auctor Attico more usus est ep. II ὀχημάτων τε χάριν, XVI 1 φιλοσοφίας χάριν.

ὡς tribus locis (II IV 1 XVII 1) cum accus. personarum coniunctum sermoni communi prorsus deest, sed exstat apud Atticistas Lucianum et Aristidem.

Transeamus ad particulas.

e) De particulis.

In universum cum observemus, iam inde ab Aristotelis aetate particulas paulatim emori, ita ut aliae raro aliae omnino non legantur apud scriptores κοινῆς, his ipsis particulis Atticistae operam dederunt, ut dictioni suae ac sermoni Atticum colorem illinerent. Itaque auctor epistularum ipse quoque, cum Atticista voluerit videri, multas variasque particulas usurpavit:

ἀλλὰ cum aliis particulis coniuncta est ut + ἀλλὰ γὰρ [1]) III 1 (cf. S I 65, 181, 423, II 301 III 329); ἀλλ' ὅμως III 2 ἀλλὰ καὶ III 4 IV 1 V XII bis XVI 7, 8 IX.

---

[1]) de signo crucis idem valet, quod supra p. 16 proposuimus.

ἄρα: I εἴπερ ἄρα; III 6 + δ' ἄρα.

ἆρα interrogationem directam inducit XVI 7.

γὲ particula copiosissime atque semel et vicies adhibita est.

γάρ imperativo apposita est XVI 8 φέρε γάρ; vide etiam s. v. δή et καί.

γοῦν: τοὺς γοῦν III 3; κατὰ τοῦτο γοῦν V; τὸ γοῦν XII; περὶ γοῦν XIII 3; τὸν γοῦν XV 2.

δή ad augendam vim enuntiati Attico usu sequitur pronomina demonstrativa, imperativum, particulas alias, verbum, adverbium, reperitur post pronomina demonstrativa VII 2 XIII 2, post imperativum III 5 XIV 5, post particulas + γὰρ δή III 6 XIV 2, ὥς δή IV 4 XV 2, post verbum VII 3, adverbium XIII 2, nomen proprium XV 3.

+ δηλαδή XV 3 apud Herodotum et Atticistas (S I 184, 425 II 305 III 335 IV 553).

εἶτα cum νῦν particula coniunctum ratione adversativa utitur XVI 8, ut saepe apud Demosthenem (S I 184, 264 II 107); post participium exstat VIII, quae dictio sermoni posterioris aetatis communi aliena tamquam Attica subtilitas petebatur ab Atticistis (S II 107).

δήπου, III 5 + γὰρ δήπου saepissime apud Aristidem (S II 303).

ἤδη, quod aliis locis vim temporalem habet, vim enuntiati auget XVI 8; ἤδη μέντοι VI (S III 128); ἤδη μέντοι καί III 7 (S III 340).

καὶ γὰρ . . . καὶ nam et . . . et III 5; καὶ vim intendendi habet ep. III 7.

καὶ γὰρ δή = etenim VIII bis (S I 185, 426 II 307 IV 555). + καὶ γὰρ δὴ καί III 7 (cf. S iisdem locis) in deliciis Philostrati est.

καίπερ particula cum participio coniuncta occurrit III 1 IV 2 XIV 5 (S I 160, 365 II 219 III 243); neque vero, cum enuntiata coniungit, cum indicativo legitur; pro eo Chion secundum Atticorum morem semper adhibuit

καίτοι particulam sensu = quamquam III 1, sensu = atqui IX.

καίτοιγε iunctis particulis contra Atticorum usum usurpatum est ep. XI.

μὲν γάρ IV 1, 2 XI XII XIV 1 XVI 9; *μὲν καί* IV 3; *μέν γε* XIII 1; *μὲν δή* XVII 3; *μὲν οὖν* quattuordecim locis; *μέντοι* XI ex sermone posteriore *κοινῆς* emoritur (S III 341).

μήν: *οὐ μὴν ἔγωγε* III 4; + *ἀλλὰ μήν* XVI 9; hoc saepissime apud Xenophontem occurrit nec non apud Aristotelem et Theophrastum (cf. S I 181, 423 II 302 IV 547); commendatur *ἀλλὰ μήν* particula quasi specimen *ἀφελείας* ab Aristide rhet. II 12.

οὐδὲ γὰρ οὐδέ XVI 8 formam negationis pleonasticam atque Xenophonti usitatissimam ab Atticistis revocatum esse suspicatur S IV 623; cf. S II 203. *οὖν* septies decies in epistulis legimus.

οὐ μόνον — ἀλλὰ καί III 7 IV 4 XIV 4 XVI 8; eandem vim habent *ὅπως μὴ . . . ἀλλὰ . . . τε . . . καί* II et *οὐχ ὅπως . . . ἀλλ' οὐδέ* XI XVI 6.

μά: *οὐ μὰ Δί' ἀλλὰ καὶ* III 4; *νὴ Δία* XVI 3 (cf. S IV 529).

πού = circiter IV 2 bis

τε γάρ ad enuntiata coniungenda auctor usus est V XIV 1, nec vero particula *τέ* sola enuntiata coniungit, sed *τέ . . . τέ* (XV 3 *Κλέαρχος . . . προσποιούμενος δ' εἶναι μέτριός τε ἂν ταύτην τὴν δόξαν καρπώσαιτο, τοῖς τε βουλομένοις ὕστερον ἀπολίποι τὴν ἀκρόπολιν*) et *τὲ . . . καί*, quae 19[ies] separatae, ep. III 2, 6 IV 3 XVI 7 iuxta positae inveniuntur. Quodsi auctor semel tantum particulas *τέ . . . τέ* exhibuit, optimos Atticae linguae scriptores secutus est. Statuit enim K. Fuhr (Mus. Rhen. vol. 33 (1878) p. 594 sqq.) *τὲ . . . τέ* ab Homero creberrime adhibitas esse, sed apud optimos scriptores sermonis Attici fere plane evanuisse et particulis *τέ — καί* compensatas esse. Idem statuit oratores Atticos, publicas inscriptiones, Polybium Plutarchum fere prorsus coniunctionem *τε καί* vitasse, contrarium factum esse apud histo-

riarum scriptores et philosophos (cf. eundem l. c. p. 334 sqq., 578 sqq.).

Denique Atticista cognoscitur ex ea re, quia auctor eos potissimum scriptores imitatus est, quos Atticistae ad imitandum proposuerunt:

f) Imitationes Atticorum.

ep. III 3 Homerum imitatur *ἀναπαῦσαί ποτε τῆς . . . χαλεπῆς ἄλης*; cf. Hom. Odys. o 341 *ὅττι μ' ἔπαύσας ἄλης.*

Thucydidem sequitur XVI 4: *θεατὴς ἥρων γενέσθαι τῆς φύσεως τῶν λόγων*; cf. Thuc. 3,38: *θεατὴς μὲν τῶν λόγων γίγνεσθαι.*

Aristophanis imitatio apparet ep. III 3 *μηδὲν ἔτι τοῦ ἐκείνου ἀδίκου καὶ ἁρπακτοῦ ἄρεως πνέοντας*; cf. Aristoph. equit. 435 *ὡς οὕτως ἤδη γὲ κακίας παὶ συκοφαντίας πνεῖ*; praeterea ep. III 3 *κἂν τούτῳ ταραττομένων τῶν Ἑλλήνων ἑωρῶμεν κομήτην ἄνδρα*; similiter Aristoph. Lys. 561: *νὴ Δί' ἐγωγοῦν ἄνδρα κομήτην φυλαρχοῦντ' εἶδον ἐφ' ἵππου*; ep. VII 1, 2 auctor Archepolis cuiusdam mores describit, cum dicit: *Ἀρχέπολις Λήμνιος . . . ἐστίν . . . καὶ ἀτέκμαρτος ἄνθρωπος . . ., τὸ ἀστάθμητον καὶ πετόμενον αὐτοῦ οὐδὲ ταύτην ἐπιδέχεται τὴν φρόνησιν κτλ.*; simillime Aristoph. aves 169/170:

ἄνθρωπος ὄρνις ἀστάθμητος πετόμενος
ἀτέκμαρτος οὐδὲν οὐδέποτ' ἐν ταυτῷ μενῶν;

etiam proverbium illud quod legimus XVII 1 (*οὐκ ὀκνήσομεν*) *κἂν διὰ πυρὸς ἐλθεῖν δέῃ*, de Aristophane sumptum videtur; cf. Aristoph. Lys. 133 *κἢν με χρῇ, διὰ τοῦ πυρὸς ἐθέλω βαδίζειν*; idem paulo mutatum occurrit apud Xenophontem Symp. 4,16 *κἂν διὰ πυρὸς ἰοίην*; cum his faciunt etiam Cynicorum epistularum auctores Diogen. ep. XXX 2 *κἂν διὰ πυρὸς ἢ ξιφῶν βαδιστέον εἶναι* et Crates ep. VI 1 ubi se Diogenem sequi ipse dicit, *κἂν διὰ πυρὸς βαδιστέον.*

Xenophonti debet auctor structuram *ἀνάγειν ἐπὶ πόδα* ep. III 6; cf. Xenoph. Cyr. 3, 3, 69; sim. 7, 1, 34; Anab. 5, 2, 32. Idem Xenophontem imitatur ep. V *καὶ κατὰ τοῦτο γοῦν*

ἐσπουδάκαμεν μὴ μειονεκτεῖν τῆς Πλάτωνος φιλίας; cf. Xen. Hiero 1,29,2: *ἐν τοῖς τεκνοποιοῖς μειονεκτεῖ τῶν εὐφροσυνῶν ὁ τύραννος*; cf: eundem 1,4,1. Etiam ep. XVII 2 Chion Xenophontem sequitur, cum Platoni scribit sibi visam esse mulierem *θεῖόν τι χρῆμα κάλλους καὶ μεγέθους*: cf. Xenoph. Cyrop. 1,4,8: *καλόν τι χρῆμα καὶ μέγα*; cf. etiam Lucian dial. mar. 6,1: *παρθένος παγκαλόν τι χρῆμα*; sim. Xenoph. Ephes. 1,1.

Cum ep. IX Chion Bionem amicum rogat: *ἢ ἐπιλέλησαι τοῦ Ἡραίου . . . διατριβῶν καὶ ὅσοις ἄλλοις τὰς ἑαυτοῦ ψυχὰς ἐκεράσαμεν*, animum eius subit memoria Platonis Timaei 41 d: *ἐν ᾧ τὴν τοῦ παντὸς ψυχὴν κεραννὺς ἔμισγε.*

Demosthenem imitatur forma praemunitionis ep. XVI 7 *ἀνέξῃ γὰρ μετὰ παρρησίας μου λέγοντος*; cf. Demosth. III 3 *ἀξιῶ δὲ ὑμᾶς, ἂν μετὰ παρρησίας ποιῶμαι τοὺς λόγους, ὑπομένειν τοῦτο* . . . vel VIII 24 *ὅτι τοίνυν δύναται ταῦτα ποιεῖν ἐνίους μαθεῖν ὑμῶν δέον, λέξω μετὰ παρρησίας* . . .; neque enim puto auctorem in hac re Dionys. Hal. secutum esse, quia is ipse quoque Demosthenem imitatus est arch. IX 32, 2 et XI 9,1.[1]) Etiam elocutio XVI 8 *ἀχάριστος εἶ καὶ πονηρός, ὦ Χίων* a Demosthene ducta esse videtur; cf. Dem. (pro cor.) XVIII 131 *οὕτως ἀχάριστος εἶ καὶ πονηρὸς φύσει*; similiter Teles 19 1 (Hense) scripsit *εἰ δὲ τὴν πατρίδα πονηρὰν καὶ ἀχάριστον ᾔσθου*, qui ipse quoque hac dictione certe Demosthenem sequitur.

Ep. IV 1,4 legitur *ὅτι ἐρίφων ἑσπερία δύσις οὐ κατὰ θάλατταν μόνον σημαίνει χαλεποὺς χειμῶνας*; idem dictum reperitur Callim. epigr. XX:

κηρύσσω παναληθὲς ἔπος τόδε, φεῦγε θαλάσσῃ
συμμίσγειν ἐρίφων ναύτιλε δυομένων;

simile quoddam Theocr. 7,53: *χ' ὤταν ἑσπερίοις ἐρίφοις Νότος ὑγρὰ διώκῃ κύματα*; cf. etiam Arat. Phaen. 157.

---

[1]) cf. Jos. Flierle, *Über Nachahmungen d. Demosth. Thuc. u. Xenoph. i. d. Röm. Archäologie d. Dion. Hal.* (München 1890) p. 56.

Cum ep. XIV 1 *εἰς μοναρχίαν ἀκατάλυτον* compares Dionys. Hal. Ant. Rom. X 31,5: *τὸ τῆς δημαρχίας ἀκατάλυτον κράτος*.

Contra hos Atticismos quos modo enumeravimus, non pauca sunt propria sermoni communi quae iam afferamus.

II. Quatenus auctor sermone communi utatur.

a) De formarum usu.

Pro forma uni Atticae dialecto peculiari *γίγνομαι* semper auctor *γίνομαι* usus est, quae propria est cum ceterorum dialectorum tum vulgaris sermonis, quem *κοινὴν* dicimus; cf. Moeridem Atticistam p. 100: *γίγνεται Ἀττικῶς, γίνεται Ἑλληνικῶς*; Croenert l. c. p. 91 seq.[1]) Legimus apud nostrum ep. III 7 *γίνωσκε*; VI *ἐπιγινώσκω*, XVII 2 *ἐγίνωσκες*, XIV 2 *γίνεται* ter XIV 3 *γινομένῳ*; V XV 2 *γίνεσθαι*.

Formam futuri *ἀπελεύσομαι* ep. XVII 2 grammatici vituperant; cf. Phrynichum p. 37; Moerid. p. 15, Thom. Mag. (*ἄπεισιν Ἀττικοί, οὐκ ἀπελεύσεται· κοινὸν γάρ*), Suidam s. v. *ἔξειμι*. Tamen etiam apud Dionem Prus. Lucianum, Philostratum, nec vero apud Aristidem severum Atticistam Aelianumque invenitur (S I 84, 231 IV 35).

De forma secundae pers. sing. perf. *οἶδας* XVI 8 andias Moeridem p. 259: *οἶσθα, χωρὶς τοῦ σ, Ἀττικῶς· οἶδας Ἑλληνικῶς*, Thom. Mag. p. 257: *οἶσθα κάλλιον ἢ οἶδας*. Utramque autem formam Atticam pronuntiant Hesychius *οἶσθα οἶδας ἑκατέρως Ἀττικῶς*, et Herodianus II 559 13 ed. Lentzii. Permulta quoque formae *οἶδας* exempla ex libris scriptorum veterum vel posteriorum collegit Lobeck. ad. Phryn. p. 236. Tamen haec forma magis *κοινῆς* propria est, cum in N. T. libris et apud LXX non nisi *οἶδας* legatur (cf. S IV 38, Helbing p. 108).

Sermonis communis propria esse videtur dictio *κατ' ὄνειρον* XVII 2, cum apud neminem Atticorum aut Attici-

---

[1]) cf. etiam Mayser l. c. p. 164 sq.; Meisterhans p. 177; Helbing p. 21, S IV 579.

starum inveniatur. Legitur solum in inscriptione Dittenberger Sylloge I. G. 783,5 et in titulo Pergamenico 327,3.[1]) Pro ea Attici semper exhibent *ὄναρ* absolute dictum, ne *κατ' ὄναρ* quidem, quod repudiat ut plane ignotum Phrynichus p. 422.

Formam *τέλειον* ep. XVII 3 semper communis sermo usurpat, quam posteriorem esse demonstrat Fritzius.[2]) Cf. Thom. Mag. p. 358: *τέλεος καὶ τελέως· δοκιμώτερα ἢ μετὰ τοῦ ι.* Etiamsi Atticistarum Lucianus, Philostratus *τέλειος* exhibent, tamen Aristides *τέλεος* praefert.

Accusativum comparativi feminini generis *ἥττονα* auctor scripsit ep. V, sed masc. generis *πλείω* XI, ubi vero Orellius et Coberus editores legunt *πλείονα*, rectius certe, quia etiam formam neutrius generis solutam *μείζονα* I XVII 3 auctor attulit. Quibus in formis consentit cum Aeliano, differt ab Aristide et Philostrato; itaque formae solutae *κοινῇ* magis propriae videntur esse, praesertim cum Moeris p. 32, 88, 163 et Thom. Mag. p. 171 formas non contractas repudiant.

Dativum numeri *δυσίν* XVII 1 vetat Phrynichus p. 210 et communi sermoni dedit S IV 586, quod probavit ex N. T. libris papyrisque Croenert p. 199 adn. 1; cf. etiam Helbing p. 53.

Pro pronominis reflexivi primae personae plurali substituta est tertiae personae forma ep. IX *ἑαυτῶν* pro *ἡμῶν αὐτῶν* et ep. XVII 1 *ἑαυτοὺς* pro *ἡμᾶς αὐτούς*. Hoc quidem etiam Atticistarum fuisse, tamen usitatius *κοινῇ* ostendit Schmidtius *de Flav. Jos. eloc.* p. 368. Nec vero, quas Atticistae revocaverunt, formae *σφεῖς σφῶν σφᾶς* pro *ἑαυτοὶ ἑαυτῶν ἑαυτούς* observantur in epistulis.

Maioris hisce rebus momenti est delectus verborum, quo docemur auctorem non ita pauca vocabula sermoni posteriori debere. Priusquam autem illa enumerem, liceat

---

[1]) cf. Schweizer l. c. p. 157.

[2]) Fritz, *Die Briefe d. Bischofs Synesius v. Cyrene* (Leipzig 1898) p. 36.

proponere vocabula epistularum poetica, quae, cum in sermone communi litteris mandato permulta sunt, minime Atticistarum studiis debentur (cf. S IV 680).

b) Vocabula poetica.

III 3 + ἄλη S I 319 IV 270 vide supra p. 26 s. Hom.

V + ἀμφήκης S I 390 IV 270.

III 6 + ἀριστεύς S IV 77 inde ab Homero (Pind. Tragg. Theocr., Ap. Rhod. Pollux I 176).

III 3 + ἁρπακτός Hesiod. Parthen.; cf. p. 26 s. Aristoph.

IV 1, 4 + ἔριφος S I 329 IV 661 Theocr. Arat. Callim. cf. p. 27.

XVI 6 ζόφος Hom. Hes. Pind. Ap. Rhod. Plut. Luc. N. T. Quint. Smyrn.

III 5 + μαλθάσσω S I 337 IV 674 Hippocr. Tragg.

XVII 2 + μάντευμα Hes. Pind. Tragg. Pl. Plut. Paus.

XVII 2 + οἰώνισμα = augurium, Eurip. Herod. Dio C. Them.

IV 3 πρόσω Hom. Tragg. S III 148 IV 220.

XIII 2 + περιαγνύω inde ab Hesiodo.

c) Vocabula a scriptoribus posterioribus exhibita.

XIV 1 ἀκατάλυτος Dion. H., N. T. Hippol. Phot. ep. Hes. cf. p. 28 s. Dion H.

IV 4 + ἀπόγεια inde a Polybio S I 56, 355 Plut.

V XIII 3 XVI 7 + ἀπολίτευτος Arist. Plut.

XVI 7 + ἀτάραχος inde ab Aristotele, Strabo, Diodor. Onos. Epict., Marc. Ant.

VI γεννήματα = fructus, inde a Polybio; cf. Phrynich. p. 286, qui cum nesciat, utrum γεννήματα forma sit antiqua et probata necne, κάρπους λέγειν χρή dicit.

V + γνώριμος = discipulus Apollod. (Index Academ.) S III 234 IV 345, 717.

XII + δεκαετία Dion. H. Strabo, Plut. Galen. Dio C.

XV 1 + δημοκοπέω Philo, Diodor., Plut. Appian. (cf. S I 157).

VII 1 + δυσαρεστέω = displicere inde ab Aristotele S I 358 IV 703 Diod. Plut.

XV 3 δυσκατόρθωτος Demetr. π. ἑρμ. Jos. Dio Pr. Galen. Eccles.

VI ἐπιγινώσκω τινά τινος N. T.; κοινῆς proprium est.

XVI 6 εὐκαιρεῖν Pol. Oxyr. Pap. 215 II 2 (*non post prim. a. Ch. n. saeculum*), Diod. Plut. Luc. amor. 33, N. T. eodem sensu = vacare exhibent. Hoc sermonis communis esse omnes grammatici probant: cf. Phrynich. p. 125 *εὐκαιρεῖν οὐ λεκτέον, ἀλλ' εὖ σχολῆς ἔχειν,* Moeris p. 134 *εὐκαιρεῖν οὐδεὶς εἴρηκε τῶν παλαιῶν, Ἕλληνὲς δέ;* Thom. Mag. p. 327 *εὐκαιρεῖν πάντη ἀδόκιμον;* cf. etiam Photios et Suidas s. v. *σχολή* et *σχολάζειν,* Etym. Magn. p. 740.

VII 3 εὐποιία S I 363 II 218 IV 286 Alciphr. Heliodor. Diog. La. Hierocl., Bas., C. I. G. I 319 n. 189, 9. De hac voce, quae primum quantum videmus, apud Josephum reperitur, conferas Polluc. V 140, ubi parum auctoritatis habere εὐποιία asseverat; v. etiam Lob. ad Phrynich. p. 353.

IV 4 + ἐφικτός S IV 300 inde ab Empedocle; Theophr. Arist. Pol. Dion. H. Plut. Aelian.

XI ξενιτεία; κοινῆς proprium est; Aristeas, LXX, Philo, Luc. Ptol.

IV 2 κωπηλάτης Pol. Athen. Jo Chrys. Hesych.

VII 3 + λελυμένως adv. part. perf. pass. Hippocr. Basil.; Schol. Greg. Naz.

XI + πενταετία Dion. H. Philo, Plut. Luc. Clem. A.

IV 1 + προαγόρευμα pro vetustiore προαγόρευσις Appian. Synes. (cf. S IV 686 sq.).

XIV 2 + παρατάξις = proelium Pol. I 40, 1; Inscr. Priene. i. C. I. 2905 A 9; sermonis communis proprium.

VI + σοφίζεσθαί τινα sensu = inducere A. P. 12, 25, 5; Inscr. Commag. Dittenberger Syll. I. O. 383, 208; Herodian. Aristides, Schol. Aeschyl. (S II 224); non ita antiqua aetate videtur esse.

VII 1 στασιαστής Diod. Dion. H. Jos. N. T. Ptol. Eust.

Gregor. Naz.; cf. Moeris p. 327: *στασιώτης Ἀττ., στασιαστὴς Ἑλλ.,* ubi Kochius addit: *nullum eius* (*στασιαστής*) *exemplum in Atticorum scriptis legisse memini, quod et apud Lexicographos frustra conquiritur, tametsi illud nomen* (*στασιώτης*) *interdum occurrit.*

XVI 5 + *ταρακτικός* Dion. H. Epict. Plut. Athen.

VI + *τάριχος* masc. gen.; Moeris p. 335 formam masc. gen. repudiat, quem secuti sunt Thom. Mag. p. 349 et Pollux VI 48; cf. etiam Kochium ad Moeridem l. c.: *neutrum solis Atticis fuit proprium, mascul. ipsis cum ceteris Graecis Jonibus Doriensibus commune* (v. Pollux VI 48); quocum conspirat Schmidii sententia, qui formam neutr. gen. solam Atticistis reddidit I 292; cf. eundem III 270; Hippocr. Polyb. masculinum exhibent, neutrum Lucianus et Plutarchus, sed apud hoc quoque formae masc. gen. leguntur.

XVII 2 + *τυραννοκτονία* Philo S I 377 Appian. Hermog.

VII 2 + med. *φαντάζομαι* Epict. Plut. S III 257 Euseb.

d) Vocabula nova aut novis significationibus praedita:

XV 2 + *ἐκδημοκοπέω* = popularitate mihi populum servire perpello (Stephanus), populari ratione corrumpo (Hercher.). Haec verba cum *-κοπέω* formata sermoni vulgari deberi dixit S I 157.

III 6 + *ἐπιλήσμων* = oblivionem faciens (sic!).

XV 3 XVI 2 + *εὐέμβατος* solum ap. Hippocratem.

XV 3 + *λογομανέω* = insanire.

VI + *μερσίτης* sc. *οἶνος* = vinum unguento mixtum.

VII 3 + *πολίτευμα* = dolus, artificium.

Iam summam huius de genere dicendi disceptationis faciamus. Auctorem nostrum Atticistam esse nemo negabit; nam primum formarum usu cum Atticistis fecit, imprimis usu dualis; tum Atticistam cognoscimus ex delectu verborum quorum non minus quam sedecim exhibuit, quae in sermone communi plane desunt, sed ab Atticistis usurpantur. In

syntaxi denique Atticistam indicant imprimis genetivus temporis, genetivus ex adiectivis relativis pendens, comparativus a quo genetivus nominis abstracti pendet, infinitivus absolutus, optativi frequentes, pronomen terminatione -*ί* auctum nec non pronomina *τίς* et *τί* particulaeque copiose adhibita et imitationes Atticorum. Sed contra hos Atticismos non pauci stant insignes hellenismi, qui dicuntur, ex quibus enumero dictionem *κατ' ὄνειρον*, structuram *ἐπιγινώσκειν τινά τινος*, verba *εὐκαιρεῖν*, *ξενιτεία*, *παράταξις* sensu=proelium, *στασιαστής*; praeterea quod desunt Atticistarum linguae proprietates aut verborum velut *ἄττα δήπουθεν ἦδ' ὅς* (cf. S I 189) aut compositionis verborum velut optativus mediumque contra morem posita, praepositiones *ἀνά* et *ἀμφί* ipsae quoque ab Atticistis revocatae et constructio *κατὰ σύνεσιν*, quae omnia legimus apud Atticistas inde a Dione Prus., meo quidem iudicio epistulae primo p. Chr. n. saeculo attribuendae sunt; altero enim saeculo, ut Radermacheri de Demetrii aetate verbis utar, *tantus Atticos imitandi prorupit furor, ut nequeat esse dubium, quin si ista aetate conscriptae essent, pluribus Atticismi indiciis convinci possent, sicut Hermogenem convincere possumus et Aristidem.* Eruimus igitur vitae auctoris terminos, alterum post quem vixit ex dualis condicione, quem a Dionysio Hal. revocatum statuimus, alterum ante quem scripsit terminum ex ea re quod auctor purus Atticista nominari non potest.

III. De componendi artificio auctoris.

a) De hiatu atque scribendi modo.

Ad diiudicandam de aetate epistularum quaestionem etiam hoc aliquid proderit investigare, qualem compendi artificem auctor se praestiterit. Itaque primum quaeramus, utrum auctor hiatum consilio ac de industria vitaverit necne.

Notissimum est omnes scriptores atque eos in euphonia tuenda subtilissimos magnum hiatuum numerum excusavisse;

quos sequentes eximamus eas vocalium concursiones, quarum altera vocalis tolli potest; hoc efficitur

a) elisione vocalium *α ε ο ι;* eliditur *α*, quamquam litteris perscriptum est, in praepositionibus *διὰ κατὰ μετὰ παρά,* in adverbiis particulisque *ἀλλὰ ἄρα ἔγγιστα εἶτα ἵνα μάλιστα ῥᾷστα τηνικαῦτα,* in numeralibus ep. IV 2 *δώδεκα,* VI *τριάκοντα,* in nominibus et pronominibus 1. masculini et feminini generis in accus. singul. *πόδα τυραννίδα πατρίδα ἀδικοῦντα ἀναιρεθέντα,* ep. IV 3 XIII *βραχίονα* et V *ἥττονα,* quae formae longiores pro *βραχίω* et *ἥττω* impediunt ne hiatus gravius exsistat, *ἑκόντα κατειληφότα πλέοντα; ἕνα τινά;* 2. neutrius generis in nominativo et accusativo sing. et plur.: *ἀπόγεια γράμμα κεράμια μνῆμα πνεῦμα πρᾶγμα στράτευμα σῶμα; ἀσφαλέστερα αὐτὰ ἕκαστα ἐμὰ λοιπὰ μέγα μείζονα μελετώμενα ὄντα ὅσα πάντα πολλὰ τἄλλα ταῦτα τοιαῦτα;* 3. feminini generis in nominativo: *ἔχουσα πᾶσα πρᾳεῖα;* 4. in verbalibus terminationibus *ἀφίγμεθα ἐμπορευόμεθα ἐξέπεμψα ἐπιτιθέμεθα ἤλπισα οἶδα;*

vocalis *ε* eliditur in *γε ἔγωγε εἴγε καίτοιγε δὲ μηδὲ οὐδὲ μὲ ἐμὲ σέ, τε εἴτε ὅτε οὔτε πότε τότε ὥστε,* in imperativis *γράφε* ep. XIV 5, *πείθε* XIII 3;

vocalis *ο* eliditur in praepositionibus *ἀπὸ πρὸ ὑπό,* in pronominibus *ἄλλο αὐτὸ τοῦτο,* in terminationibus verbalibus ep. IV 3 *ἐπείθοντο,* ibid. *παρήρτητο.*

vocalis *ι* tollitur in *ἴθι* ep. XVII 2, *ἐπὶ* ep. I III 1 IV 1 XIII XIV 3,5, in adverbiis *ἔτι* III 3 XII, *μηκέτι* XIV 2 *οὐκέτι* III 6.

b) elisione tollitur diphtongus *αι* in terminationibus 1. tertiae pers. fut. passivi ep. VII 3 *πείσεται ἄτρωτος,* 2. infinitivi aor. art. XI *ἐκπλεῦσαι ἐπί,* 3. infinitivi praes. vel aor. vel fut. medii aut passivi ep. XIV 5 *πολιτεύεσθαι ἀναγκάζει,* XVII 3 *ἀπαλλάττεσθαι ἤ,* X *περιγενέσθαι ἐν,* IX *ἔσεσθαι οὐδὲ,* XVII 3 *γενήσεσθαι ἤ,* infinitivi perf. pass. *μεμνῆσθαι ἠξίουν* ep. XVI 7.

c) Hiatus tolluntur crasi, qua duae vocales quasi in unum coalescunt, atque ea litteris perscripta V *ἀνήρ*, IV 3 *θοιμάτιον*, III 3 IV 1 bis *κἀγώ*, VII *κἀκεῖ*, XIII 2 *κακεῖνος*, III 4 *κἀμέ*, III 3 *κἀν=καὶ ἐν*, XIV 4 ter XV 2 XVII 1 *κἄν=καὶ ἐάν*, III 4 *τἄλλα*, XV 1 *τἀληθοῦς*, XIV 3 *τοὐμόν*, XIII 2 *τοὐπίσω*, XV 1 *τοὐναντιόν*. Hanc vero crasin puto auctorem non hiatus fugiendi causa exhibuisse, immo ut crases proprie Atticas afferret. Nam declamant Bachmann anecd. II 24,30, Gregor. Cor. p. 114, 168 seq. edit. Schaeferi, [Plut.] vita Hom. II 12 crasin Atticistis propriam fuisse (cf. etiam quae copiose exposuit de crasi Attica S III 294).

d) Item eximendi sunt ii vocalium concursus qui nihil habent offensionis apud scriptores in hiatu fugiendo diligentissime versatos; qui hiatus fiunt 1. articulo praecedente; 2. particulis et praecedentibus *δὴ ἐπεὶ ἢ μὴ ὅτι* et sequentibus *ἄν* vel *οὖν*; 3. post i in *περὶ τί*; 4. excusantur post i inde a Theophrasti[1]) temporibus in dativo singul. tertiae declinationis: XVI 5 *ἀνδρὶ ἡσυχίας ἐραστῇ*, VII 3 *Λύσιδι ἐνεχείρισα*, XVI 8 *μείζονι ἤδη*, XVI 2 *οὐδενὶ εὐέμβατος*. XIV 1 *πατρίδι ὁ μέγιστος*. XIII 1 *περιπατοῦντι ἐν*, XIV 4 *Πλάτωνι ἐποίησε*, X *Πλάτωνι ἀδελφιδῶν*, XIII 1 *φροντίζοντι αἰφνιδίως*.

e) Porro hiatus excusandus est in certis quibusdam formulis quarum verba tam arcte ad unam notionem coniuncta sunt, ut nullo modo possint disiungi velut XVI 9 *εὖ ἴσθι*.

f) Idem admittendus est, quoniam ne apud Demosthenem quidem offensionis quicquam habeat, in monosyllabis VIII *μοι ὤν*, XIII *μοι ἔγραφες*, XIV 5 *μοι οὐκ*, *μοι ἀνάγκη*, *μοι εἰς* (cf. Krueger l. c. II § 14 adn. 6); *μου ἐποίει* IV 1, *σου ἀπολογήσομαι* IX, *συ ἐχλεύαζες* VII, *σὺ ὑποπτεύεις* XVI 8, *σὺ*

---

[1]) cf. Hindenlang, *Sprachl. Untersuchungen zu Theophrasts Botanischen Schriften* (Diss. Argent. vol. XIV fasc. II 1910) p. 18.

οὕτως XVII 2; huius loci est etiam *πάνυ* ante vocalem ep. IV 4 V X XIV 3 XVI 2bis.

g) Denique ii hiatus eximendi sunt, qui excusationem habent vel interpunctionis vel pausae quamvis levissimae plurimis locis ut ep. III 6 *φιλοσοφίᾳ αὐτῷ τε καὶ τοῖς φίλοις*, VI *Πλάτωνι σοφίζεσθαι ἀδωροδόκητον ὄντα.*

Veri autem hiatus restant hi

a) post diphtongum *ει*: XVI 7 *ἀεὶ ἡμῖν*, XVII 1 *δοκεῖ ὀλιγορώτερον*, XVII 2 *πλήθει ὀχυρότερα*;

b) post diphtongum *οι*: VI *ἐπιτρέποι ὁ*, XVII 3 *τιμιώτεροι ἐσόμεθα*;

c) post *ου*: II *σεαυτοῦ ἦθος*, III 3 *τοῦ ἁρπακτοῦ Ἄρεος*; IV 4 *τετελεσμένου αὐτοῖς*, ibid. *ἔργου ἤλαυνον*, VII 3 *λόγου ἁπλοῦν*, X *πολλοῦ ᾐναίνετο*, XI *χρόνου ὤνιον*, XV 1 *ἐμοῦ ἤλπισαν*;

d) post *η*: XI *μόνη ἔχει*, XV 3 *καταφρονῇ ὡς λογομανούντων*, XVI 9 *ἡ ἐμὴ ἡσυχία*;

e) post *ι*: XIV 4 *ἑκοντὶ ἐγχειρίζειν*;

f) post *υ*; IV 3 *δόρυ ἐκόμιζε.*

Ad haec quae sequuntur, conferas primum S IV p. 727, qui docet post vocalem vel diphtongum longam hiatum expelli posse aphaeresi litterae *ε*. Tum Krueger l. c. II § 14, 8 adn. ipse quoque pronuntiat crasi quadam in unum coalescere longam vocalem vel diphtongum cum sequente littera *α*. Hosce secutus Hultschius[1]) post diphtongum *αι* formarum nominum semper elidentem facit Polybium neque aliter Kaelkerus, etiamsi quid cunctatur. Dubitavit enim hic, an non legitimus esset hiatus post *αι* nominum formarum. Denique Kaibelius[2]) vir doctissimus nos docet frequentissimum esse hiatum post *αι* in altera parte systematica Aristotelis libri qui inscribitur *Ἀθηναίων πολιτεία*.

---

[1]) *quaestiones Polybianae* p. 310.

[2]) Kaibel, *Stil und Text d. Πολιτεία Ἀθηναίων* p. 13.

Attamen viri illi docti meo quidem iudicio nimis longe progrediuntur in hiatu excusando; nam si quis hosce secutus sit, haud scio an nullum omnino verum hiatum apud quemlibet scriptorem invenerit. Itaque veri hiatus mihi videntur hi:

g) post *αι* IV 2 *κωπηλάται ἀγαθοί,* III 3 *στρατιῶται ἕνα ὄντα,* X *ἄλλαι ἀτιμάζουσι,* XIV 5 *ἐρασταὶ ἐσμέν*;

h) post *ου*: IV 3 *ἵππου ἐμαυτόν,* VI *πλούτου ἀναμνήσει,* XIII 2 *αὐτοῦ ἐπί*;

i) post *ω*: III 3 *αὐτῷ ἀπειθεῖν,* III 4 *αὐτῷ ἐμαυτόν*, IV 4 *Χίῳ ἐσμέν,* XVI 7 *ἀταράχῳ ἀνδρί,* XI *λογισμῷ ἐκπέμπων,* XIV 1 *Κλεάρχῳ ἐστίν.*

Quibus rebus expositis apertum est scriptorem nostrum hiatui fugiendo omnino non studuisse. Iam de Rhodenium[1]) sequentes statuimus omnes scriptores ut inde ab Isocrate usque ad alterum p. Chr. n. saeculum in hiatu vitando valde subtiles fuisse, ita inde ab Aeliano et Philostrato vel minus diligentius vel omnino non animos ad vocalium concursum attendisse. Hanc mutationem iam prioribus scilicet Hadriani temporibus tribuit Norden[2]), rectius quidem, si quid video. Nam a Schmidio (S I 404) edocti scimus iam Lucianum minus diligenter in hiatu expavendo versatum esse; neque ideo Hermogenes, id quod Schmidius putat, novam artis rhetoricae condicionem indicit, cum praecipiat rhythmum compositionemque non nisi in sermone *κάλλους*, qui dicitur, adhibendam esse (cf. de id. p. 281, 7 sqq. Spengel). Neque vero etiam hoc neglegendum est. Iam Schmidius III 291 not. singularia illa praecepta ostendit, attamen nimirum minoris aestimavit, quae profert de hiatu Demetrius *περὶ ἑρμηνείας* § 68—74, quaeque plenius afferenda sunt, ut penitus perspiciantur: § 68 *περὶ δὲ συγκρούσεως φωνηέντων ὑπέλαβον ἄλλοι ἄλλως. Ἰσοκράτης μὲν γὰρ ἐφυλάττετο συμπλήσσειν αὐτὰ καὶ οἱ ἀπ'*

---

[1]) von Rhoden *de mundi miraculis* p. 37 sq.

[2]) Norden *Antike Kunstprosa* I p. 361.

αὐτοῦ, ἄλλοι δέ τινες ὡς ἔτυχε συνέκρουσαν καὶ παντάπασι· δεῖ δὲ οὔτε ἠχώδη ποιεῖν τὴν σύνθεσιν ἀτέχνως αὐτὰ συμπλήσσοντα καὶ ὡς ἔτυχεν (διασπασμῷ γὰρ τοῦ λόγου τὸ τοιοῦτον καὶ διαρρίψει ἔοικεν) οὔτε μὴν παντελῶς φυλάσσεσθαι τὴν συνέχειαν τῶν γραμμάτων. λειοτέρα μὲν γὰρ οὕτως ἔσται ἴσως ἡ σύνθεσις, ἀμουσοτέρα δὲ καὶ κωφὴ ἀτεχνῶς, πολλὴν εὐφωνίαν ἀφαιρεθεῖσα τὴν γινομένην ἐκ τῆς συγκρούσεως § 72 *ἐν δὲ τῷ μεγαλοπρεπεῖ χαρακτῆρι σύγκρουσις παραλαμβάνοιτ' ἂν πρέπουσα ἤτοι διὰ μακρῶν, ὡς τὸ λᾶαν ἄνω ὤθεσκε. καὶ γὰρ ὁ στίχος μῆκός τι ἔσχεν ἐκ τῆς συγκρούσεως καὶ μεμίμηται τοῦ λίθου τὴν ἀναφορὰν καὶ βίαν. ὡσαύτως καὶ τὸ μὴ ἤπειρος εἶναι τὸ Θουκυδίδειον. συγκρούονται καὶ δίφθογγοι διφθόγγοις· ταύτην κατῴκησαν μὲν Κερκυραῖοι, οἰκιστὴς δὲ ἐγένετο.* Similia postulant paragraphi sequentes. Addimus quae dicta sunt § 299. *Ἡ δὲ λειότης ἡ περὶ τὴν σύνθεσιν, οἵᾳ κέχρηνται μάλιστα οἱ ἀπ' Ἰσοκράτους, φυλαξάμενοι τὴν σύγκρουσιν τῶν φωνηέντων γραμμάτων, οὐ μάλα ἐπιτηδεία ἐστὶ δεινῷ λόγῳ· πολλὰ γὰρ* [*τὰ*] *ἐκ τῆς συμπλήξεως ἂν αὐτῆς γένοιτο δεινότερα, οἷον . . . ἐπεὶ πολλαχοῦ καὶ τὸ ἠχῶδες τῆς συγκρούσεως ἴσως ἔσται δεινότερον.*

Commendat igitur, ut repetam, Demetrius *σύγκρουσιν* tamquam *πρέπουσαν τῷ μεγαλοπρεπεῖ χαρακτῆρι καὶ τῇ δεινότητι.* Sed etiam maioris momenti est quod idem in ipso hoc de elocutione libello praecepta ab ipso de hiatu vitando data secutus est. Nam vocalium concursum non „ut ingens crimen expavit", attamen ubi facile fieri potuit, fugit, ita ut tot hiatus non vitati restent quot evitati sunt. Exempli causa ex multis locis quibus hiat oratio, hosce afferam: § 2 *τινὸς μέρη αὐτῆς*; § 9 *κόμμα ἐστὶ τὸ κῶλον ἔλαττον;* § 14 *ὧν τέχνη ἐδόκει ἡ συστολή;* 18 *κῶλον μακρότερον χρὴ εἶναι* (quod facile circumsisti potuit); 33 *καὶ λευκῷ εἶναι*; 39 *ὑπὸ δὲ τῶν μεταξὺ ἔλαττον*; § 137 *πρώτη ἐστὶ χάρις*; § 196 *ἐστὶ συνδέσμου ἐπιφορά.*

Quodsi scriptores cum ii qui Demetrio aetate anteces-

serant,[1]) velut Strabo Diodorus Philo [2]) Dionysius Hal., tum ii qui paene ei aequales sunt, i. e. auctor *περὶ ὕψους*,[3]) Josephus,[4]) Onosander,[5]) auctor Cebetis quae fertur tabulae, Plutarchus Dio Chrysostomus hiatui fugiendo studuerunt,[6]) Demetrium autem atque eum rhetorem primum sermonem hiulcum admittere videmus, nonne Demetrius is est qui novam illam hiatus condicionem indixerit?

Quae cum sit hiatus res, non ita cogamur epistulas posteriori aetati quam primo p. Chr. n. saeculo attribuere.

Ceteroquin his praemonitis liceat addere aliam observationem quam ipsam quoque non neglegendam esse putavi. Nam aliorum auctorum epistulas perlegens obstupui, quod ipsae quoque hiatus fugiendi studium non ita accuratum praebent. Ut incipiamus a Bruti epistulis, consideres exempli gratia hosce hiatus: ep. VII *ἐκείνῳ ἑλομένοις*; XIII *ἃ μετ' οὐ πολὺ ἔμελλε*; XVII *μεγίστῳ ὑμετέρῳ λιμένι*; XVIII *ἧς καὶ τῇ ἀρχῇ ὑποτίμησιν δέδωκας*; XLV *πρὸς τὴν τοῦ*

---

[1]) Certissimis argumentis Radermacher in praefat. edit. suae Demetrii *π. ἑρμ.* (Leigzig 1901) dissertationibus imprimis Dahlii (Progr. Zweibrücken 2 partes 1894/95) nisus librum de elocutione primo p. Chr. n. saeculo exstitisse statuit.

[2]) cf. P. Wendland *Philos Schrift über d. Vorsehung* p. 116.

[3]) Nemo iam erit, qui putet Cassium Longinum libelli *περὶ ὕψους* auctorem esse; quaestionem illam quanam aetate libellus conscriptus sit, satis magna sagacitate instituit Gottl. Roeper (Philol. I p. 630 sqq.); huius vestigia premens G. Buchenau aetatem anonymi ita definivit, ut Vespasiano imperatore libellum compositum esse diceret (*Diss. de script. libri π. ὕψ.* Marburg 1849). Similiter ceteri, qui in hac re versati sunt, omnes ita quaestioni responderunt, ut auctorem primo p. Chr. n. saeculo tribuerent. Postremo ad hos accessit G. Troeger (*Progr. Burghausen* 2 partes 1899/1900) qui sermone diligenter perquisito sic rem absoluit, ut libellum eo Atticismo finitimum esse statueret, quem Dionysius Hal. commendavit (cf. S I 10, 26).

[4]) cf. Schmidt *de Flav. Jos. eloc.* p. 547 s. v. hiatus.

[5] cf. de Rhoden. l. c. p. 80 sq.

[6]) cf. S III 292.

πολέμου ὑπουργίαν; XLVI *ἄπρακτοι ἤλθομεν*; LII *σύμμαχοι ὄντες*, LXII *κἀκείνῳ ἀρνήσεσθαι*. Eadem res est in Cynicorum epistulis, velut Cratetis I *καὶ ἀσπάσῃ αὐτόν*; III *μελέτω ὑμῖν τῆς ψυχῆς*; VII *πλούτου ἤδη ἐλευθεριάζομεν*; X 2 *τῷ δὲ οἴνῳ οἴεσθαι εἴκειν δεῖ*; X 3 *παρουσίᾳ ἄνθρωποι λέγονται*; vel Diogenis ep. I 2 *πιστεύω αὐτῶ μᾶλλον ἢ τοῦ ἑτέρου*; IV *μεταπεμπομένῳ ὑμᾶς*; VI 1 *διδασκάλῳ αὐτῷ*; VI 2 *ἐπὶ σωτηρίᾳ ἀνθρώπων*; VII *ἐκείνῳ εἰκάζω ἐμαυτόν*, neque alia in Euripidis epistulis, II 2 *ἡσυχῇ ἐπάνιθι*, III 2 *τῆς γενομένης ἐψεύσω ἐλπίδος* (sic!), V 3 *ἐν βαρβάρῳ γῇ ἀποθάνομεν*; neque Heracliti III *ἃ ὑμᾶς ἐκείνου εὐνοίᾳ εὐεργέτησα*; IV 1 *ἔχει ἕνα περίβολον* IV 5 *γῇ ὅλῃ καρποφοροῦσα, ἐκείνου ἔργον*; V 2 *ἁλώσεται νόσῳ*; *Ἡράκλειτος*; ibid. *καὶ ἐν τῷ παντὶ ὑγρὰ αὐαίνεται; οἶδεν ἐμὴ σοφίη ὁδούς*. Mediam quandam viam tenere videntur Socraticorum epistulae; nam hiatum admiserunt velut I 2 *οὐχ εὑρίσκω οὐδένα*; I 3 *φύλακες πιστοὶ ὑπάρξουσι; ἐνὶ δὲ κεφαλαίῳ εἰκὸς φίλους*; I 7 *ἀπειθεῖν δὲ αὐτῷ ὀκνῷ*; *αὐτῷ ἔχει*; I 8 *δαιμονίου ἀπιστήσειας*, sed fugerunt ubi facile fieri potuit mutato verborum ordine velut VI 5 *νομίζω φρονεῖν εὖ*.

At dixerit quispiam propria hiatus praecepta in epistulis valere aut epistulas has ad ipsam illam aetatem referendas esse, qua apud omnes scriptores hiatus fugiendi studium remitti supra diximus. Neque vero qui de epistulis faciendis scripserunt, peculiaria de hiatu vitando praecepta dedisse videmus et epistulas supra allatas partim iam aevo Augusteo aut saltem priori parti primi p. Chr. n. saeculi attribuendas esse edocti scimus ex iis quae de Euripidis Hippocratis epistulis eruerunt Marcksius l. l., de Heracliti epistulis Bernaysius [1]) et Pfleiderer,[2]) Cynicorum W. Capelle.[3]) Quodsi praeterea aliae epistulae ipsae quoque fictae et ad posterioris

---

[1]) Bernays *die Heraclit. Briefe, ein Beitrag z. philosoph. u. religionsgeschichtl. Literatur*, Berlin 1869.

[2]) Pfleiderer *Mus. Rhen.* 42 (1887) p. 153 sqq.

[3]) Capelle *de Cynicorum epistulis*, Diss. Göttingen 1896.

graecitatis scriptores pertinentes velut Demosthenis Aeschinis Isocratis aut omnino non aut perpaucos hiatus praebent, ecquidem facere non potui, quin differentiam hanc revocarem ad genus dicendi diversum, quo usi sunt auctores illi epistularum.

Iam cum quaeramus quale sit hoc nostri genus dicendi, primum liceat proficisci ab iis praeceptis quae de epistulis componendis veteres dederunt.

Quinctilianus inst. orat. IX 4, 19 dicit: *Est igitur ante omnia oratio alia vincta atque contexta, soluta alia qualis in sermone atque epistulis. Quod non eo dico quia non illud quoque solutum habeat suos quosdam et forsitan difficiliores etiam pedes: neque enim aut hiare semper vocalibus aut destitui temporibus volunt sermo atque epistula, sed non fluunt nec cohaerent nec verba verbis trahunt, ut potius laxiora in his vincla quam nulla sint.*

Postulat igitur Quinctilianus, ut sermo epistularum solutior sit, unde efficitur epistolographo hiatum non ita anxie fugiendum esse. Simile quoddam poscit Seneca ep. 75 *Qualis sermo meus esset si una sederemus aut ambularemus, inlaboratus et facilis, tales esse epistulas meas volo.* Eodem spectare videntur quae scripsit Plinius ep. VII 9, 8 *volo interdum aliquem ex historia locum adprehendas, volo epistulam diligentius scribas. Nam saepe in orationes quoque non historica modo sed prope poetica descriptionum necessitas incidit, et pressus sermo purusque ex epistulis petitur.* Cum hisce praeceptis conspirant quae de epistulis scribendis dixit Demetrius *π. ἑρμηνείας* 223: *καὶ ὁ ἐπιστολικὸς χαρακτὴρ δεῖται ἰσχνότητος.* Artemonem secutus pergit: *δεῖ ἐν τῷ αὐτῷ τρόπῳ διάλογόν τε γράφειν καὶ ἐπιστολάς· εἶναι γὰρ τὴν ἐπιστολὴν οἷον τὸ ἕτερον μέρος τοῦ διαλόγου*; 229 *τάξει μέντοι λελύσθω μᾶλλον· γελοῖον γὰρ περιοδεύειν, ὥσπερ οὐκ ἐπιστολὴν ἀλλὰ δίκην γράφοντα· καὶ οὐδὲ γελοῖον μόνον, ἀλλ' οὐδὲ φιλικόν (τὸ γὰρ δὴ κατὰ τὴν παροιμίαν τὰ σῦκα λεγόμενον) ἐπιστολαῖς ταῦτα ἐπιτηδεύειν*; 235 *καθόλου δὲ μεμίχθω ἡ*

ἐπιστολὴ κατὰ τὴν ἑρμηνείαν ἐκ δυοῖν χαρακτήροιν τούτοιν, τοῦτε χαρίεντος καὶ τοῦ ἰσχνοῦ.

Philostrati verba, quae huc spectant, sunt (cf. Hercher epistologr. Graec. prooem. p. 14): *δεῖ τῶν ἐπιστολῶν τὴν ἰδέαν ξυγκεῖσθαι μὲν πολιτικῶς τοῦ δὲ ἁβροῦ μὴ ἀπᾴδειν* (*ἁβρός*=venustus; cf. Hermog. de id. p. 368 27 *ὁ περὶ ἡδονῆς οὗτος καὶ γλυκύτητος ἡμῖν ῥηθεὶς λόγος ὁ αὐτὸς ἂν εἴη τῷ περὶ ἁβρότητος*) *κύκλον δὲ ἀποτορνεύειν ἐν μὲν ταῖς βραχυτέραις τῶν ἐπιστολῶν ξυγχωρῶ, ἵνα τούτῳ γοῦν ἡ βραχυλογία ὡραίζεται ἐς ἄλλην ἠχὼ πᾶσα σπενὴ οὖσα· τῶν δὲ εἰς μῆκος προηγμένων ἐπιστολῶν ἐξαιρεῖν χρὴ κύκλους. ἀγωνιστικώτερον γὰρ ἢ κατ' ἐπιστολὴν τοῦτο.* Simili modo Gregorius Naz. dicit (cf. Hercher l. c. p. 15) res maxime epistulis necessarias esse brevitatem perspicuitatem suavitatem.[1])

In universum igitur statuimus praeceptores compositionem solutam epistulis scribendis vindicare; maioris autem momenti est quod Demetrius l. c. § 235 praecipit epistulam mixtam esse debere ex venusto genere dicendi et subtili. Nam cum subtile genus explicat § 190—234, maxime conspirat cum Cicerone qui eandem formam subtilem definit orat. 23, 76 sq. et ibid. 77 pronuntiat: *Sunt enim quidam oratori numeri observandi ratione quadam, sed alio in genere orationis, in hoc* (sc. subtili) *omnino relinquendi; solutum quiddam est, nec vagum tamen, ut ingredi libere, non ut licenter videatur errare. Verba enim verbis quasi coagmentare neglegat; habet enim ille tamquam hiatus et concursus vocalium molle quiddam et quod indicet non ingratam neglegentiam de re hominis magis quam de verbis laborantis.* Addo quae Radermacher l. c. p. 114 dixit: *Neque omnino in arte antiqua tenue illud* (= subtile) *genus dicendi compositionem toleravit, id quod disertis Ciceronis et Dionysii testimoniis evincitur; itaque „mutila quaedam et hiantia“*

---

[1]) cf. B. Keil apud Strzygowski, *Kleinasien ein Neuland der Kunstgeschichte* p. 87.

Ciceronis aetatis Atticistae eloqui propriam laudem existimaverunt. Iam cum conferamus quae protulit sicut Demetrius *περὶ τοῦ χαρακτῆρος τοῦ γλαφυροῦ* § 118—185, ita Hermogenes *περὶ ἤθους ἀφελείας γλυκύτητος* (*περὶ ἰδ.* p. 350—75 Sp.) et Aristides rhet. II, tantam inter ea rerum consensionem statuimus (ad quam animum meum attendit S III 11), ut quae sunt praecepta *ἀφελείας*, ea quoque de stilo venusto, qualem quidem esse Demetrius vult, valere quominus putemus nihil impediat. Quodsi ex huius generis dicendi usu imprimis hoc consequi videmus, ut hiatus non vitetur, atque maxime apud Aelianum Philostratumque (cf. S III 292 IV 726), sponte iudicamus etiam in genere venusto hiatus fugiendi studium neglegi posse. Huc accedit quod apud Demetrium praeceptum legimus: *καὶ ὁ ἐπιστολικὸς χαρακτὴρ δεῖται ἰσχνότητος*; tenuem vero hunc stilum compositione carere iam Dionysius Hal. et Cicero iusserunt. Quae cum ita sint meo quidem iudicio sequitur, ut etiam in stilo mixto illo, quem commendavit epistolographis Demetrius l. c. 235 *καθόλου δὲ μεμίχθω ἡ ἐπιστολὴ κατὰ τὴν ἑρμηνείαν ἐκ δυοῖν χαρακτῆροιν τούτοιν, τοῦτε χαρίεντος καὶ τοῦ ἰσχνοῦ,* vocalium concursionem admittendam esse.

Iam nunc de epistulis nostris ceterisque, imprimis Hippocratis, statuimus auctores ipsum illum stilum a Demetrio commendatum secutos esse; hoc ut comprobetur, opus non est de epistulis singula „singillatim et minutatim“ eruere; nec vero dubito, quin is, qui vel unam alteramque harum epistularum legerit, sententiam nostram probaturus sit. Huic igitur loquendi stilo auctor epistularum orationem suam hiantem debet neque nos, cum aetatem auctoris definiamus, hiatus condicione cogimur, ut descendamus ad alterum p. Chr. n. saeculum.

b) De memoriis Xenophonteis.

Tametsi hiatus res non potest convellere nostram de aetate Chionis sententiam, pauca sunt disserenda de laudi-

bus illis quibus effertur Xenophon in epistula tertia. Nam Usenerus vir doctissimus aetatem partis prioris Ps-Dionysii artis rhetoricae ita definit, ut eam Antoninorum temporibus tribuat, cum putet sententiam suam Xenophontis mentione stabiliri; nam qui Xenophontem ut exemplar imitandum proposuerint, praeter Dionem Prusiensem et Hermogenem *περὶ ἰδ.* p. 418 Sp. se non novisse (cf. praefat. editionis libelli p. VI). Nescio autem cur Dionysium Halicarnassensem neglexerit qui Xenophontem ex turba rerum scriptorum dilucide exemit et inter eos numeravit, qui quos scriptores imitarentur dignissimi essent (cf. Dionys. epist. ad Pomp. c III 1; Usener ed. Dionys. de imitatione epilog. p. 111).

Itaque merito dubito an non recte iudicaverit Usenerus, quia Xenophon etiam a multis scriptoribus aliis laudatur, quos qui sint iam videamus. Duce atque auctore in Romanis quidem Ernesti Richteri libello utilissimo usi sumus, inscripto *Xenophon in d. röm. Literatur.*

Ex Romanis igitur primus Xenophontis laudator exstitit Scipio Africanus minor. Deinde Cicero quot locis Xenophontis meminit, tot locis laudat Xenophontem philosophum, historiographum, imprimis dulcem scriptorem cuius voce quasi Musas locutas esse. Inde autem a Cicerone omnes fere scriptores Romani Xenophontis libros legerunt neque desunt qui laudem eius canant. Audias Senecam de tranq. c. 7, Valerium Maximum V 10 ext. 2, Tacitum dial. 31 nec non Quinctiliani insigne iudicium inst. or. X 1,82 *Philosophorum . . . quid ego commemorem Xenophontis illam iucunditatem inaffectatam sed quam nulla consequi affectatio possit? Ut ipsae sermonem finxisse gratiae videantur et quod de Pericle veteris comoediae testimonium est, in hunc transferri iustissime possit, in labris eius sedisse quandam persuadendi deam.*

Sed ne post huius quidem aetatem cadit Xenophontis studium, etiamsi laudatio eius apud Romanos ut videtur evanescit.

Iam ad Graecos nos convertamus. Xenophontem in iis esse, quos Atticistae ut exempla imitanda proposuerunt, notissimum est. Ante hos Panaetium Stoicum in Socraticorum scriptis valde versatum fuisse scimus. Eiusdem fere temporibus Polybius historiam scripsit Xenophontemque inter *λογιωτάτους τῶν ἀρχαίων συγγραφέων* enumeravit (VI 45). Inde deducimur ad medium primi a. Chr. n. saeculi, quo Demetrius Magnes Xenophontis vitam descripsit. Audias Wilamowitzium (*Antigonos v. Karystos* p. 334): „*Da trug eine Welle des Atticismus auch diesen Schriftsteller* (i. e. Xenophontem) *wieder hervor; es war um die Mitte des 1. Jahrhunderts v. Chr. Demetrius Magnes entwarf den Katalog seiner Schriften . . . Ihm lag die Privatrede des Deinarchos nahe, den man gerade damals auch als Attiker hervorzog, und so gab er eine berichtigte Darstellung, vor der die älteren Fabeln verblaßten.*“ Venimus ad Dionys. Halicarnassensem, qui artis novae formam certis finibus circumscripsit et in altero de imitatione libro etiam Xenophontem ut specimen imitandum commendavit p. 426 (p. 23 Usener): *ὁ μὲν Ξενοφῶν Ἡροδότου ζηλωτὴς ἐγένετο κατά τε τὰς πραγματικὰς ἀρετὰς ⟨καὶ τὰς λεκτικάς· καὶ τῷ μὲν πραγματικῷ τύπῳ οὐχ ἧττων Ἡροδότου κατά τε τὰς ὑποθέσεις⟩ καὶ τὰς οἰκονομίας καὶ τὰ ἠθικά, τῷ δὲ λεκτικῷ πῇ μὲν ὅμοιος, πῇ δὲ ἐλάττων. ἐκλεκτικὸς μὲν γὰρ καὶ καθαρὸς τοῖς ὀνόμασι, καὶ σαφὴς καὶ ἐναργής, καὶ κατὰ τὴν σύνθεσιν ἡδὺς καὶ εὔχαρις, ὡς καὶ πλεῖον ἔχειν· ὕψους δὲ καὶ μεγαλοπρεπείας καὶ καθόλου τοῦ ἱστορικοῦ πλάσματος οὐκ ἐπέτυχεν. ἀλλ' οὐδὲ τοῦ πρέποντος τοῖς προσώποις πολλάκις ἐστοχάσατο, περιθεὶς ἄνδρασιν ἰδιώταις καὶ βαρβάροις ἔσθ' ὅτε λόγους φιλοσόφους, λέξει χρώμενος διαλόγοις πρεπούσῃ μᾶλλον ἢ στρατιωτικοῖς κατορθώμασι.* Hoc vero iudicium disertis verbis fere repetivit in epistula ad C. Pompeium data p. 777 sq., ita quidem, ut maiorem Xenophonti quam Herodoto tribueret laudem. Nec non neglegendus est locus de Xenophonte philosopho p. 430: *⟨τῶν δε φιλοσόφων⟩ μιμητέον δὲ . . . μάλιστα Ξενο-*

φῶντα καὶ Πλάτωνα τῶν τε ἠθῶν χάριν καὶ τῆς ἡδονῆς καὶ τῆς μεγαλοπρεπείας.

Philodemum Jensen (Philodemi *περὶ οἰκονομίας* ed. 1907 p. XIX sq.) demonstravit complura Xenophontis 'Oeconomici' in usum suum convertisse aut scripta eius suo more pertractasse. Exempli causa conferas Philodemi col. II 1 seq. cum Xenoph. oecon. III 10, 11, 15; vel col. III 32 sq., col. IV 4 sq. cum Xenoph. l. c. I 18, 19, 21, 23.

Philonem Jud. Xenophontem ipsum adhibuisse contra Wendlandium (*Neu entdeckte Fragmente d. Philo* p. 140 not. 2), qui ipse quoque iam plurimas inter Xenophontem et Philonem similitudines detexit, recte statuit Capelle et illius dubitationes reiecit.[1] — Demetrius *περὶ ἑρμηνείας*, ubi praecepta generis venusti explicat, saepius Xenophontis auctoritate utitur eumque ut exemplar imitandum proponit.

Non minore auctoritate est iudicium illustre auctoris *περὶ ὕψους*, qui, ut Xenophontis scripta saepissime cum laudatione citat, ita dicit 4,4: *τί δεῖ περὶ Τιμαίου λέγειν, ὅπου γε καὶ οἱ ἥρωες ἐκεῖνοι, Ξενοφῶντα λέγω καὶ Πλάτωνα, καίτοι γ' ἐκ τῆς Σωκράτους ὄντες παλαίστρας, ὅμως διὰ τὰ οὕτω μικροχαρῆ ἑαυτῶν ποτε ἐπιλανθάνονται*; idem 8 1 libri cuiusdam mentionem facit quem scripserit de Xenophonte: *ἐπεὶ δὲ πέντε . . . πηγαί τινές εἰσιν αἱ τῆς ὑψηγορίας γονιμώταται . . . πρῶτον μὲν καὶ κράτιστον τὸ περὶ τὰς νοήσεις ἁδρεπήβολον, ὡς κἀν τοῖς περὶ Ξενοφῶντος ὡρισάμεθα.*

Etiam Theon Alexandrinus, quod Suidas tradit, *ὑπομνήματα εἰς τὸν Ξενοφῶντα* scripsit atque progymnasmatis servatis accuratam Xenophontis librorum cognitionem prodit; hunc primo p. Chr. saeculo tribuit Wilamowitzius.[2])

---

[1]) *De Cynicorum epistul.*, Diss. Götting. 1906 p. 38 not. 2.

[2]) *Hermes* XXXV (1900) p. 7: *Der Kreis der Lektüre, den er voraussetzt, umfaßt nur Klassiker, Redner gar nicht mit Vorliebe, von Historikern Theopomp Ephoros Philistos, von Dichtern nicht Tragödie oder Lyrik, dagegen mit Vorliebe Menander; das ist, wie mich dünkt, im 2. Jahrhundert unmöglich, sodaß ich mit denjenigen über-*

Plutarchi de Xenophonte iudicia collegit R. Jeuckens in libello inscripto *Plutarch v. Chäronea u. die Rhetorik* (Straßburg 1907) p. 78 sqq.: Plutarch 79 D dicit esse qui Xenophontem *διὰ τὴν λέξιν* admirentur et ex eo *τὸ καθαρόν τε καὶ Ἀττικόν* petant. Cum legamus Ages. et Pomp. comp. 3 *οὐδ' ἂν ὁ Ξενοφῶν μοι δοκεῖ παραβαλεῖν τὰς Ἀγησιλάου νίκας, ᾧ διὰ τἆλλα καλὰ καθάπερ γέρας ἐξαίρετον δέδοται καὶ γράφειν ὃ βούλοιτο καὶ λέγειν περὶ τοῦ ἀνδρός*, Plutarchus voce *καλὰ* certe Xenophontis *λέξιν* significat. Item laudantur Xenophontis *ἐνάργεια δύναμις χάρις* Artox. 8 et 1093 BC eiusque disputationes coni. praec. 145 c (cf. Jeuckens l. c.).

Ex Epicteti loco II 17, 35 *καὶ σὺ μεγάλως εἰς τὸν Ξενοφῶντος χαρακτῆρα γράφεις* cognoscitur Epicteti discipulos imitatos esse Xenophontem.

Sed quod est laudationis Xenophontis lumen et quodammodo insigne, exstat apud Dionem Prusiensem or. XVIII 4—17 *περὶ ἀσκήσεως*. Sed cum longum sit totum locum exscribere, satis habeo caput totius iudicii proferre: § 14 *Ξενοφῶντα δὲ ἔγωγε ἡγοῦμαι ἀνδρὶ πολιτικῷ καὶ μόνον τῶν παλαιῶν ἐξαρκεῖν δύνασθαι· εἴτε ἐν πολέμῳ τις στρατηγῶν εἴτε πόλεως ἀφηγούμενος, εἴτε ἐν δήμῳ λέγων εἴτε ἐν βουλευτηρίῳ, εἴτε καὶ ἐν δικαστηρίῳ μὴ ὡς ῥήτωρ ἐθέλοι μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς πολιτικὸς καὶ βασιλεὺς ἀνὴρ τὰ τοιούτῳ προσήκοντα ἐν δίκῃ εἰπεῖν· πάντων ἄριστος ἐμοὶ δοκεῖ καὶ λυσιτελέστατος πρὸς ταῦτα πάντα Ξενοφῶν.*

Arrianus, *νέος Ξενοφῶν* qui dicitur (cf. Luc. Alex. 56, Phot. cod. 58 p. 17 b 15, Suidas) tanta veneratione erga Xenophontem est, ut omnibus modis studeat eum adaequare atque de se ipse dicat Cyneg. 1, 4 *ὁμονύμως δὲ ὢν Ξενοφῶντι καὶ πόλεως ἐξ αὐτῆς· καὶ ἀμφὶ ταὐτὰ ἀπὸ νέου ἐσπουδακώς, κυνηγέσια καὶ στρατηγίαν παὶ σοφίαν.*

Heron quidam grammaticus scripsit *ὑπομνήματα εἰς Ἡρόδοτον Ξενοφῶντα Θουκυδίδην* (cf. Suidas s. v.).

---

einstimme, die die Schrift um die Mitte des 1. Jahrhunderts n. Chr. ansetzen.

A Luciano Xenophon appellatur *δίκαιος συγγραφεύς* (cf. *πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν* 39).

Hermogenes cum Xenophontem laudat (*π. ἰδ.* p. 418 seq. Spengel) locum Dionis Prus. fere obtinet. Nam ipse quoque tantis laudibus effert Xenophontem, ut sermonem eiüs Platonis locutioni etiam longe praeferat. Atque magni aestimat imprimis eius *ἀφέλειαν ἡδονὴν γλυκύτητα ἐπιμελείαν. καθαρὸς δὲ καὶ εὐκρινής*, inquit, *εἴπερ τις ἕτερος, ὁ Ξενοφῶν, δριμύτησί τε καὶ ὀξύτησι χαίρων . . . κἂν τοῖς μιμήσεσι δὲ τῶν προσώπων μᾶλλον* (i. e. *Πλάτωνος*) *εὐδοκιμεῖ, ὅτε ἀφελῆ καὶ ὡς ὄντως ἄπλαστα καὶ ἁπλὰ καὶ ἡδέα ἤδη ψυχῶν μιμοῖτο . . . ἴδιον δὲ Ξενοφῶντος καὶ τὸ κατὰ ποσὰ διαστήματα χρῆσθαι ποιητικαῖς πως λέξεσι πολὺ τῶν ἄλλων τῇ φύσει διεστηκυίαις λέξεων* (cf. etiam p. 350—75 Sp.). Cum hoc faciunt ceteri sophistae recentiores, quos dicimus, velut Aristides Aelianus Philostratus Pausanias Appianus (cf. Christ *Geschichte d. griech. Literatur*, ed. 4, 1895 p. 491). Ex his Aristides alterum suum *περὶ ἀφιλείας* librum prorsus in Xenophontis sermone fundat; Aelianus compluribus locis Xenophontis laudem affert velut V. H. III 17 (p. 328, 8 Hercher): *ἀλλὰ καὶ Ξενοφῶν στρατιώτης ἀγαθὸς ἦν καὶ ἀμείνων στρατηγός*; N. A. II 11 (25, 16) . . . *παρὰ τῷ Ξενοφῶντι τῷ χρυσῷ.*

Philostratus dicit imag. 354, 14 Kayser: *Ξενοφῶν ἀνὴρ συγγράφειν μὲν οὐχ ἱκανός, γράφειν δὲ ἱκανώτατος.*

Diogenes Laertius vitis suis philosophorum etiam Xenophontem inseruit II 48—59; apud eum quoque illud notissimum legitur II 57 *ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Ἀττικὴ Μοῦσα.*

Clementem Alexandrinum in scriptis Xenophontis valde versatum esse docent strom. II 15 II 107, ubi Xenophontis verba Mem. II 3, 6 citantur aut quae sunt Mem. II 1, 30 verbis nonnullis vel compendifactis vel omissis repetuntur.

Atque etiam tertio p. Chr. n. saeculo maximeque apud sophistas quarti p. Chr. saeculi Xenophontis laudem imitationemque observamus: Audias illud insigne iudicium

Cassii Dionis XXXVIII 28 *ὥστ' εἴπερ ὄντως ἀθάνατος καθάπερ ἐκεῖνοι* (i. e. *Ξενοφῶν Θουκυδίδης*) *γενέσθαι ἐθέλεις, ζήλωσον αὐτούς.*

Cassius Longinus (*τέχνη ῥητορική* I 305, 18 Spengel) de Xenophonte: *τῷ μὲν γὰρ Πλάτωνι καὶ τῷ Ξενοφῶντι Αἰσχίνῃ τε καὶ Ἀντισθένει περιττῶς διαπεπόνηται καὶ ἱκανῶς ἠκρίβωται.*

Jamblichus ille philosophus frgt. 48 (Stob. fl. p. 271 Wachsmuth): *ὅτι τοίνυν κρηπὶς τῆς ἀρετῆς ὡς ἔλεγε Σωκράτης ἡ ἐγκράτειά ἐστι τῆς γλυκυθυμίας*; cf. Xen. Mem. I 5, 4.

Himerius or. VIII 6: *ἐπεὶ καὶ Ξενοφῶντα κατέχει λόγος· τὸν ἥδιστον τῶν μελισσῶν σμήνη παραδραμόντα τῷ λόγῳ καὶ τὸ μελιβρύον τῇ διηγήσει μιμούμενον μὴ φίλον ἔχειν εἰς Ἀλκιβιάδην τὸν ἥρωα, εἰ καὶ συνεφοίτα καὶ μόνον ἠγάπα καὶ Σωκράτους ἤκουσε κατὰ ταυτὸν ὁ Κλεινίου, μήτε Πλάτωνος τοῦ σοφιστοῦ τὴν ἑταιρίαν ἀσπάσασθαι. ᾔδει γὰρ αὐτὸν ἐν φιλοσοφίᾳ πολύφιλον καὶ μετάλλοντα πρὸς τοὺς πλουσίους τὸν ἔρωτα. Κύρῳ δὲ μόνον συνόν, τῆς Κύρου γέγονε παιδείας καλὸν ἐργαστήριον. ὁ δὴ Κῦρος εἰ τὴν ἀξίαν ἐγνώρισεν, ἐγὼ μὲν οὐκ ἔγνων ἐκπείρας. Κῦρον δὲ εὑρίσκω παρὰ Ξενοφῶντος διὰ παντὸς κοσμούμενον.*

Julianus ep. ad Themistium 133, 13 (Hertlein): *Ξενοφῶν δὲ καὶ Ἀγησίλαον τὸν βασιλέα καὶ Κῦρον τὸν Πέρσην οὔ τι τὸν ἀρχαῖον ἐκεῖνον μόνον, ἀλλὰ καὶ ᾧ συνεστράτευτο, καὶ τοὺς ἐπαίνους ξυγγράφων οὐκ ἀπεκρύπτετο* (cf. etiam 71, 23 cum Xen. Mem. II 1, 21). Item Themistius bene Xenophontis libros novit laudatque (cf. or. [in Constant.] II 27 d, orat. *ἐπὶ τῇ χειροτονίᾳ* XVII 215 b, *πρεσβευτικός* III 45 d), non aliter quam Libanius; cf. I 548,1 cum Xenoph. Anab. IV 7, 23; III 67,1 cum Xen. Hell. I 7, 35.

Postremum denique audias Eunapium (*βίοι σοφιστῶν, προοίμιον*) *Ξενοφῶν ὁ φιλόσοφος, ἀνὴρ μόνος ἐξ ἁπάντων φιλοσόφων ἐν λόγοις τε καὶ ἔργοις φιλοσοφίαν κοσμήσας* (*τὰ μὲν ἐν λόγοις τέ ἐστι καὶ ἐν γράμμασι τὴν ἠθικὴν ἀρετὴν γράφει, τὰ δὲ ἐν πράξεσί τε ἦν ἄριστος, ἀλλὰ καὶ ἐγέννα στρατηγοὺς τοῖς ὑποδείγμασιν. ὁ γοῦν Ἀλέξανδρος οὐκ ἂν*

ἐγένετο μέγας εἰ μὴ Ξενοφῶν) καὶ τὰ παρέργα φησὶ δεῖν τῶν σπουδαίων ἀνδρῶν ἀναγράφειν.

Videmus igitur Xenophontis auctoritatem sicut per primum ita per secundum et tertium vel quartum p. Chr. n. saeculum aeque floruisse. Neque igitur illa Xenophontis laudatione ep. III cogimur, ut desistamus sententia nostra Chionis epistulas primo Caesarum saeculo conscriptas esse. Debet auctor venerationem Xenophontis generi loquendi suo, quod, cum simplex esse velit, Xenophontem sequitur, cuius sermo ab Aristide rhet. II et Hermogene *π. ἰδ.* p. 418 Sp. ut exemplar *ἀφελείας* imitandum propositus est.

c) de Chione Aristophanis imitatore.

Attamen dixerit quispiam auctorem eam ob rem posteriori aetati quam primo Caesarum saeculo adnumerandum esse, quia tam aperte Aristophanem imitetur (cf. p. 26), cum non comoediae novae imitationes observentur. Nam Wilamowitzius (loco supra p. 46 not. laudato) ea de causa Theonem Alexandrinum primo p. Chr. n. saeculo tribuit, quia is Menandrum, non Aristophanem imitatur. Similiter iudicaverunt S III 273 not. et E. Schwabe *Aelii Dionys. et Pausaniae Atticist. fragmenta* p. 76. Itaque etiam de Aristophane et Menandro breviter verba faciamus, cum quaeramus quae sit res apud eos scriptores, qui huc pertinent.

Cicero de legg. II 37 Aristophanem facetissimum poetam veteris comoediae appellat; ep. ad Quint. fratr. III 1, 19 legimus: *dedit mihi epistulam legendam tuam quam paulo ante acceperat, Aristophaneo modo valde mehercule et suavem et gravem, qua sum admodum delectatus.* Quamquam autem Kaibelius[1]) docuit, Ciceronem neque novisse Aristophanem neque legisse, tamen ex illo iudicio hoc saltem sequitur, Ciceronis temporibus Aristophanem magna auctoritate fuisse.

Dionys. Hal. de imitatione p. 424 (p. 22 Usener.): *τῶν*

---

[1]) In *Pauly-Wissowa Realencyclopaedie* s. v. Aristophanes.

δὲ κωμῳδιῶν μιμητέον τὰς λεκτικὰς ἀρετὰς ἁπάσας· εἰσὶ γὰρ καὶ τοῖς ὀνόμασι καθαροὶ καὶ σαφεῖς καὶ βραχεῖς καὶ μεγαλοπρεπεῖς καὶ δεινοὶ καὶ ἠθικοί. Μενάνδρου δὲ καὶ τὸ πραγματικὸν θεωρητέον. Hisce verbis alterum alteri praeferri non ita statuere possumus. Idem valet de Demetrio *π. ἑρμ.* et auctore *περὶ ὕψους*. Etiamsi vero Dio Prus. or. XVIII 7 Menandrum legendum commendat, tamen praemonet: *μηδεὶς τῶν σοφωτέρων αἰτιήσεταί με ὡς προκρίναντα τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας τὴν Μενάνδρου ἢ τῶν ἀρχαίων τραγῳδῶν Εὐριπίδην· οὐ δὲ γὰρ οἱ ἰατροὶ τὰς πολυτελεστάτας τροφὰς συντάττουσι τοῖς θεραπείας δεομένοις, ἀλλὰ τὰς ὠφελίμους.* Cum hoc facit Quinctilianus inst. or. I 8, 7 X 1, 69, attamen etiam veteris comoediae praecipuaque Aristophanis laus effertur X 1, 60.

Plutarchus [1]) Menandrum Aristophani longe praefert, quod elucet ex 706 D et 712 BCD; nec non in comparatione illa Aristophanis et Menandri hic illi disertis verbis praeponitur. Alia autem est res apud Lucianum, qui tamen Aristophanem non praecipue, sed etiam mediam novamque comoediam commendat (cf. S I 401).

Ab eadem parte stant Aelianus et Philostratus (cf. S III 273 IV 429, 533). Quodsi Phrynichus acriter pugnat contra Menandrum (cf. Lob. ad Phryn. p. 381, 416—18), eadem vero aetate Alciphron [2]) eum imitatur, ecquidem non possum facere, quin putem auctoritatem Aristophanis et Menandri semper idem valere neque igitur recte iudicavisse eos viros doctos, qui si quis scriptor Menandrum secutus sit, eum primo, sin Aristophanem, alteri p. Ch. n. saeculo tribuerunt (cf. p. prior.).

Ceteroquin etiamsi dilucide discerni posset, qua aetate scriptores Aristophanem, qua Menandrum imitarentur, tamen

---

[1]) cf. Jeuckens l. l. p. 62 sq.

[2]) cf. H. Reich, *de Alciphronis Longique aetate* diss. Königsberg 1894, Heinemann *epist. amator. quom. cohaereant c. eleg. Alexandrin.* (Dissert. phil. Argent. sel. XIV 3, Straßburg 1910).

4*

pauca illa exempla Aristophaneae imitationis non tanti momenti esse, ut, quae adhuc statuimus, everti possint, ego persuasum habeo.

Iam nunc ratione de genere auctoris dicendi habita in eo est ut examinemus epistularum argumenta.

C. De epistularum argumentis.

a) Quae Platoni debentur.

Quod auctor epistularum Chionem Platonis discipulum fecit, hoc rerum memoriae debuit (cf. e. c. Ind. Herc. VI 13 [p. 37 Meckler], Aelian. frgm. 86 Hercher.) Idem tamen philosophum Platonicum se praestat. Sententiae enim Platonicae crebrae nobis incidunt (cf. e. g. quae de deo profert ep. XVI 5 sq.; ibidem quae de ἡσυχίᾳ exstant: *καί μοι πρῶτον ὑπ' αὐτοῦ παρηγγέλθη ἡσυχίαν ποθεῖν· ταύτην γὰρ τοῦ κατὰ φιλοσοφίαν λόγου φῶς εἶναι*), atque veneratio Platonis undique elucet; perlegas epp. V VI VII X XVI XVII; auctorem autem Platonem verbotenus imitatum esse iam supra p. 27 ostendimus, quod probatur etiam sermocinatione illa ep. XVI 8 et XVII 2 de Platone sumpta (cf. Plato Crito 44 B). Attamen auctoris philosophia non a sincera parte Platonica stat, immo stoicis coloribus multifariam tincta est, ita quidem ut malim scriptorem inter stoicos philosophos numerare quam Platonicos.

b) quae Chionem philosophum Stoicum faciunt.

Vel ex sermone auctoris quae huc pertinent haec mihi enotavi: Cum parentes de suo discessu consolatur ep. I, dicit: *ἐγὼ δὲ τοῦτ' αὐτὸ ἀξιῶ παρ' ὑμῶν γενέσθαι, ὅπως ἆθλόν μοι τῆς ἐλπιζομένης ἀρετῆς καταστήσετε τὸ μακαρίους ὑμᾶς ποιῆσαι γονεῖς . . . ἄμεινον δὲ ὥσπερ ἀθλοφόρῳ μείζονά μοι προθεῖναι τὰ ἆθλα, ἵνα κρείττων ἐπ' αὐτὰ ἀγωνιστὴς γένωμαι.* Stoici autem, quam saepe Cynicorum vestigia prementes se

ipsos cum athletis comparaverint, copiose disseruit Norden.[1]) Atque cum ep. IV narrat se in itinere navali a nautis propter suam futurae tempestatis praedictionem derisum esse, qui dictitassent sibi tamquam morbum astronomiae inflictum esse, statim memineris Stoicos adamasse vocabula e medicina ad animi condiciones transferre (cf. Galen. de plac. Hippocr. lib. V et Stob. flor. II p. 43 Wachsmuth).

Cetera quae Stoicae philosophiae debentur, haec fere sunt. Iam Marcksius (l. l. p. 21) monuit Chionem saepius mendacio uti contra Clearchum tyrannum atque id a Stoicis admissum esse (cf. Zeller *Philosophie d. Griechen* $III_1{}^3$ 278). Perlegas ep. XIII ubi patri suadet, ut Clearchum mendacio fallat, et ep. XVI ad Clearchum datam, quae tota est mendacium atrox. Idem demonstravit quae de hominum cum dis affinitate exstant ep. XVI 8 *ἐμοὶ χρώμενος . . . θεὸν ἔμαθες καὶ τὴν σεαυτοῦ πρὸς αὐτὸν συγγένειαν ἀνενεώσω;* addo XVI 6 *τί γὰρ κάλλιον ἢ ἄνθρωπον ὄντα θνητῆς φύσεως καὶ θεοῦ κεκράμενον μοίρᾳ μόνοις εὐκαιρεῖν τοῖς ἀθανάτοις ἑαυτοῦ καὶ ταῦτα πρὸς τὸ συγγενὲς ἄγειν.* Etiam hoc placitum iam Stoici veteres proclamaverunt recentioresque velut Seneca Epictetus M. Aurelius ardenti studio receperunt. Audias Cleanthem se a Iove prognatum praedicantem hymn. in Iov. (Stob. ecl. I 1, 12 p. 25 3=Arnim, *Stoicor. vet. fragm.* I 537, 4):

ἐκ σοῦ γὰρ γένος ἐσμέν, ἴης μίμημα λάχοντες
μοῦνοι, ὅσα ζώει τε καὶ ἕρπει θνητ' ἐπὶ γαῖαν.[2])

Etiam divinatio illa, de qua supra fecimus verba, optime cum Stoicorum doctrina concinit (cf. Zeller $III_1{}^3$ 343, Bonhöffer *Ethik d. Stoikers Epictet* p. 45). Dicit noster ep. XVII 2 *σημαίνει γάρ μοι καὶ ἱερὰ καὶ οἰωνίσματα καὶ πᾶσα ἁπλῶς μαντεία θάνατον κατορθώσαντι τὴν πρᾶξιν.*

---

[1]) *In Varronis saturas Menippeas observationes selectae*, Fleckeis. annal. t. 18 p. 300 sqq.

[2]) cf. Zeller $III_1{}^3$ 200, Bernays *Heraclitbriefe* p. 39 et 136 sq., Stein *Psychologie d. Stoa* p. 98 sq. qui plures etiam locos collegit.

Neque haec a stoica doctrina abhorrent. Constat enim Stoicos postulasse, ut sapiens patriae amori et rei publicae gerendae studeret, quia ea essent tamquam virtus officiumque in hominum natura posita (cf. Diog. La. 121 *πολιτεύεσθαι τὸν σοφόν,* 131; Stob. ecl. II 94, 109; Cic. fin. III 68 ceterosque locos quos permultos de hac re probanda colligit Bonhöffer l. c. p. 94, 95, 118 not. 64, 67—70). Iam videas nostrum: primum ep. V Platonem laudat quia *τὴν φιλοσοφίαν οὐκ ἀπολίτευτον ἔργῳ τοῖς γνωρίμοις ποιεῖ;* deinde ep. XII patri reditum nuntians scribit . . . *ἀκούσας τὴν πατρίδα οὐκ ἂν ἔτι ὑπομείναιμι ἐν ἀσφαλεστέρῳ τῶν πολιτῶν εἶναι . . . ἐπεὶ καὶ τελέως ἄτοπον ὁμοίους ἡμᾶς εἶναι τοῖς ἐπειδάν τι ταραχθῇ τῆς πατρίδος ἀποδιδράσκουσιν ὅπῃ ἂν τύχῃ, ἀλλὰ μὴ τότε μάλιστα παρεῖναι, ὅτε ἀνδρῶν ὠφελησόντων δεῖται;* tum ep. XIII 2 patri suadet, ut Clearchum ab omni suspicione abducat, ut ipse facilius consilium suum tyranni necandi perficere possit, dicens: *ὅπως δέ τι καὶ ὑπὲρ τῆς πατρίδος πολιτευώμεθα, πεῖθε τὸν Κλέαρχον . . .;* postremo patrem certiorem facit ep. XIV 1 se Crobylum famulum misisse, *ἵνα τὴν κάθοδον πράττωμεν ὠφελίμως τῇ πατρίδι;* denique XIV 5 declarat se non nisi ea de causa mortem praemeditatum esse, ne prius moriatur, quam pro patria mori possit, omninoque id agit, ut patriam a tyranno liberet. Conferas velim ad ep. XII, qui huc pertinet, locum simillimum Cic. fin. III 64: *Non magis est vituperandus proditor patriae quam communis utilitatis et salutis desertor propter suam utilitatem aut salutem.*

Hisce rebus, quae ad patriam spectant, continet quod Chion manifesto putat fas esse tyrannum interficere. Ne hoc quidem a stoica doctrina aliena est quia apud Ciceronem offic III 19 legimus honestum esse tyrannum necare; cf. eundem III 32: *Quod Phalarin attinet, perfacile est iudicium. Nulla enim nobis societas cum tyrannis et potius summa distractio est; neque est contra naturam spoliare eum si possis quem est honestum necare: atque hoc omne genus pestiferum atque*

impium ex hominum communitate exterminandum est. Quodsi Seneca benef. II 20 iudicat Brutum Caesare occidendo vehementer errasse neque ex institutione Stoica egisse, tamen constat re vera etiam Senecam cum ceteris Stoicis primi p. Chr. n. saeculi contra imperatorem fecisse.[1])

Item stoicae disciplinae debet auctor, quae de timoribus tyranni disserit ep. XIV 3: *φόβος γὰρ τοῦ παθεῖν τι καὶ ἡ ἐκ τοῦ παθεῖν λύπη τὰ δεινότατα τοῖς μὴ ἐλευθέροις;* postquam demonstravit se vere liberum esse pergit XIV 4: *οὐ μόνον δὲ ἐγώ, ὃ ἂν πάσχω, ἐλεύθερος, ἀλλὰ καὶ Κλέαρχος, ὃ ἂν διαθῇ με, δοῦλος γενήσεται· φοβούμενος γὰρ διαθήσει, δέος δὲ οὐδὲν ἔχει ψυχῆς ἐλευθερία.* Cum his conferas Ciceronem Parad. VI: *sapientem solum liberum esse, servum qui timeat;* vel Epictetum II 1, 24 *οὐδεὶς ἄρα οὔτε φοβούμενος οὔτε λυπούμενος ἐλεύθερός ἐστιν, ὅστις δ' ἀπήλλακται λυπῶν καὶ φόβων καὶ ταραχῶν, οὗτος καὶ τοῦ δουλεύειν ἀπήλλακται;* sim. Dio Prus. or. IV 64 *φοβούμενος δὲ οὐδέποτ' ἂν οὐδεὶς γένοιτο βασιλεύς, οὐ μᾶλλον ἢ δοῦλος;* vide etiam Lucian. Gall. 25; Antisthenes apud Stob. fl. 8,14; Diogenes apud Diog. La. 75. Moneo etiam illud Stoici esse, quod duo sunt auctori summa mala, *φόβος* et *λύπη*. Iam Zeno affectus quattuor in genera distinxit (cf. Diog. L. 110 = Arnim I 211): *τῶν παθῶν τὰ ἀνωτάτω (καθά φησιν ... Ζήνων ἐν τῷ περὶ παθῶν) εἶναι γένη τέτταρα, λύπην φόβον ἐπιθυμίαν ἡδονήν;* hunc sequitur discipulus Aristo Chius (cf. Clem. Alex. Strom. II 20 = Arnim I 370).

Dilucide igitur apparet scriptorem nostrum Stoicum quendam esse atque posterioris scholae disciplinae, ecclecticae quae dicitur, quia doctrinam suam Platonicis coloribus undique distinxit. Fortasse etiam accuratius aetatem eius ex philosophia circumscribere possumus. Proxime enim eius sententiae absunt a placitis illis Stoicorum primi p. Chr. n.

---

[1]) cf. Zeller III 1 611 sq., Friedländer *Darstellungen a. d. Sittengeschichte Roms* III 552.

saeculi. Cum his facit auctor, quod non modo artes omnes disciplinasque neglexit, sed etiam logicam et physicam, et quod omnem vim in morali philosophiae parte, ethica quam dicunt, posuit. Saepius *φιλανθρωπίαν* laudat, humanitatis praecepta dat, ipse humaniter facit: cf. ep. II de Thrasone, III de Xenophonte, VII de Archepoli, XVI 7 de inimico. Proxime hae sententiae accedunt ad ea praecepta, quae de humanitate dant ipsi illi Stoici recentiores. Etiam apud hos humanitas vice severitatis vetustioris Stoicae disciplinae fungitur omniumque virtutum princeps est (cf. Zeller $III_1{}^3$ 725, 695). Cum Archepolin patri humane commendat, quamquam ab eo multis contumeliis affectus erat, eo quidem consilio, ut eum sibi amicum comparet, recte ex Senecae praescripto agit, qui dicit benef. VII 31: *Vincit malos pertinax bonitas nec quisquam tam duri infestique animi adversus diligenda est, ut etiam in iniuriam bonos non amet;* cf. eundem de otio 1,4; de ira II 31; de Musonio Zeller III 1 p. 723 seq. et quae eruit de Epicteto Bonhöffer l. c. p. 101 seq. Nihil igitur impedit, quominus auctorem nostrum paene aequalem faciamus illis primi p. Chr. n. saeculi Stoicis. Iam facilior etiam fit ratio, cur scriptor Xenophontem tanto honore afficiat atque colat ep. III. Nam quanta fuerit auctoritate Xenophon apud Stoicos, accuratissime nos edocet K. Joël libro suo *Der echte und der Xenophontische Socrates.*[1]) Contra autem constat a ceteris philosophorum disciplinis Xenophontem non ita magni aestimatum esse; nulla eius in placitis philosophorum mentio fit (cf. Diels *Doxogr.* p. 128).

D. De epistularum ratione atque consilio.

Postquam epistularum argumenta indagavimus, prope est, ut etiam pauca disseramus de epistularum ratione atque consilio.

---

[1]) cf. etiam Wilamowitz *Antigonos v. Karystos* p. 334, 110 not. 15; Dyroff, *Ethik der alten Stoa* (Berlin 1897) p. 345 sq.

Marcksius ille quidem epistulas ita interpretatus est, ut auctor cum iis faceret, qui primo p. Chr. n. saeculo imperatoribus adversarentur. Attamen etiam ei ipsi hoc obstitisse videtur, quod ex septendecim epistulis nostris non minus quam undecim priores tyranni mentionem omnino non faciunt. Hoc vero Marcksius excusavit, cum diceret, quae in prioribus his epistulis narrarentur, eo consilio afferri, ut quis fuisset ille Chion comperiremus. Quid vero exempli gratia epistula octava, ut quae mere commendaticia sit, profert ad demonstrandum quis fuerit Chion? Atque cur antecedente epistula, septima, Archepolis, illius hominis voluntate perditi, mores tam late describit auctor, exeunte vero epistula Chionem tam liberalem humanumque se praestantem facit, ut illum virum improbum atque ei inimicissimum patri commendet? Non alia de causa hoc fieri puto, quam ut Chionis humanitas et animi magnitudo malo pravoque ingenio Archepolis opposita illustretur. Ac si re vera epistulae contra tyrannos scriptae essent, restaret rerum dissensio haec. Nam si ep. XIV 1 Chion dicit: *νῦν τε γάρ, ὡς πυνθάνομαι, ⟨ἡ πατρίς⟩ σφαγάς τε ἀνδρῶν καὶ φυγὰς ὑπομένει, στερομένη μὲν τῶν ἀρίστων πολιτῶν, τοῖς δὲ ἀσεβεστάτοις δουλεύουσα,* haec non nisi Neronis vel Domitiani imperio convenit, neque vero Caesaris, ad quem iis, quae sequuntur, deducimur: *καὶ εἰσαῦθις οὐχ ὁ τυχὼν κίνδυνος, μήποτε ἐκ τῆς περὶ ταῦτα συντυχίας οἷς μὲν πόθος τοῦ τυραννεῖν, οἷς δὲ συνήθεια δουλείας γένηται καὶ τὸ λοιπὸν εἰς μοναρχίαν ἀκατάλυτον περιστῇ τὰ πράγματα.* Haec enim ultima sententia meo quidem iudicio demonstrat auctoris temporibus imperium nondum constitutum fuisse aut saltem non ita multo ante statutum esse.

Quae cum ita sint, scriptorem epistulas non nisi eo consilio composuisse puto, ut ingenium ac mores Chionis quasi perfecti iuvenis philosophi depingeret; haud aliter *ἕξιν* quae vocatur philosophi, quae omnibus vitae condicionibus respondet, illustrare studuit, ut inde decreta

philosophiae simul defenderet. Iam Hoffmannus prolegomenis illis laudatis haec recte demonstravit; sed quae eruit, ut scriptorem quarto p. Chr. n. saeculo tribueret, ad primum ego saeculum stabiliendum adhibui. Quae tamen hic omnia repetere nolo; satis habeo ostendisse haec: Epistula I tenerrimum erga parentes amorem prodit, nec non epp. III et XI; ep. VII magnitudinem animi et humanitatem demonstrat, epp. IV XIII fortitudinem et consilium, epp. V VI X XVI XVII venerationem Platonis praeceptoris; amorem vero patriae et odium in tyrannos comprobant epp. III XII XIV XV XVI XVII. Hae omnes virtutes philosophis abiudicabantur. Quod Platonem ep. VI *ἀδωροδόκητος* nominat atque affirmat sibi ipsi nullum esse pecuniae desiderium, haud dubie ad malignos rumores respicit, quos de philosophis pervolgatos esse scimus (cf. Senecam ep. 29, 5); idem valet quod profert opprobium Archepolis VII 1 *οὐδὲν γὰρ αὐτῷ χρήσιμοι ἐφαινόμεθα, περὶ ἀρετῆς, ἀλλ᾽ οὐ περὶ χρηματισμοῦ τὰς διαλέξεις ποιούμενοι* (cf. Friedländer l. c. p. 678). Omnia haec maledicta ut refutaret auctor sibi proposuit. Legas ep. III, in qua quasi philosophiae defensoris munere fungitur contra patrem, quem quasi fungentem vice inimici philosophorum facit, cum is dicit III 5 *ἀπραγμοσύνη γὰρ ἦν καὶ ἠρεμία τὰ θαυμαστὰ ἐγκώμια φιλοσοφίας.* Auctor igitur ostendere vult philosophia homines non modo bonos sed etiam paratos fieri ad agendum. Atque consilium Chionis mores depingendi et *ἕξιν* philosophi illustrandi singillatim et minutatim per omnes epistulas persequi poteris. Nam omnia quae facit Chion, singula singulis virtutibus fundantur atque ita enarrantur, ut virtus haec et *ἦθος*, ut ita dicam, eluceat.

E. De Chionis epistulis cum aliis comparatis.

Cum his, quae de aetate epistularum eruimus ex argumentis atque ex ratione consilioque, bene conveniunt similia ea, quae inter Chionis epistulas atque alias, ipsas

quoque ad primum p. Chr. n. saeculum pertinentes, congessi. Iam supra (p. 39 sq.) statuimus scriptorem nostrum in hiatu fugiendo cum auctoribus illis epistularum Cynicorum Euripidis Heracliti Hippocratis facere. Optime autem comparaveris Hippocratis epistulas, quae simillimae sunt et in arte narrandi et in genere dicendi.

Hippocratis epistulas idem genus narrandi praebere nemo negabit, qui vel unam alteramque earum legerit. Quod attinet ad genus dicendi, haec mihi notavi: Ex verborum copia nobis incidit vox *ἀποπληξία*, quae apud posteriorum non nisi Plutarchum legitur; cf. Hippocr. ep. X 8, Chion. ep. VII 1. — Eodem sensu tralato Hippocr. XI 7 dicit *νοσήματα ψυχῆς*, Chion ep. XIV 2 de morbis in civitatibus, ep. IV 1 de morbo astronomiae loquitur. — Uterque dualem exhibuit; cf. Hippocr. XIV 6 XV 8 XVII 7, Chion XIII 2; videas quae de dualis condicione exposuimus supra p. 14. — Ad Hippocr. elocutionem X 1 *φόβος οὐχ ὁ τυχών* conferas Chion. XIV 1 *οὐχ ὁ τυχὼν αὐτῇ κίνδυνος μὴ* ... — Vox perrara *εὐκαιρεῖν* = vacare (cf. p. 31 s. v.) occurrit Hippocr. XIII 5, Chion. XVI 6. — Quod legitur Hippocr. ep. XV 1 *ὁ δὲ Ἀσκληπιός* ... *μειλίχιός τε καὶ πρᾷος ἰδέσθαι* paullo mutato occurrit Chion. ep. III 3 *εἶδον Ξενοφῶντα καλὸν πάνυ καὶ πρᾷον ἰδέσθαι.*

Sed maioris momenti est sermocinatio illa Hippocr. ep. XV 3, 4, quam ipsam quoque legimus Chion. ep. XVII 2. Atque conferas sententias de hac sermocinatione somniisque prolatas Hippocr. XV 8 *ταῦτα πιστεύω ἀλήθεα εἶναι, Φιλοποίμην, καὶ ἔστι, καὶ οὐκ ἀπογινώσκω τὰ ὀνείρατα* cum Chione XVII 2 *ἐκ τούτου δὲ τοῦ ὀνείρατος εὔελπίς εἰμι καλοῦ θανάτου τυχεῖν· νομίζω γὰρ μηδὲν κίβδηλον εἶναι ψυχῆς μάντευμα.* Tanta sunt haec similia, quanta casui attribuere ecquidem valde dubito. Iam audias Marcksium disserentem, qui in libro illo passim laudato Hippocratis epistulas satis magna fide in duas partes dividit. Quarum altera pars duodeviginti priores epistulas complectitur atque ea est, quae continet illas cum Chionis epistulis similitudines; conscripta vero

est prior illa pars primis Caesarum temporibus, id quod Marcksius certissimis fere iudiciis statuit. Quodsi ea, quae de aetate epistularum Chionis eruimus, optime primis Caesarum temporibus ipsa quoque conveniunt, nonne prope est, ut coniciamus priorem illam partem Hippocratis epistularum et Chionis epistulas ab uno eodemque auctore primo p. Chr. n. saeculo suppositas esse?

Conclusio.

De scientia atque eruditione scriptoris.

Iam cum ad finem disputationis venerimus, relinquitur, ut pauca dicamus de scientia atque eruditione scriptoris.

Auctorem in temporum quidem ratione erravisse, cum singulas res confunderet, iam supra (p. 10 sq.) ostendimus; sed eum Atticorum libris maxime operam navasse ex iis apparet, quae de genere eius dicendi atque epistularum argumentis eruimus. Nam quod Xenophontem laudat, verisimillimum fit eum scripta illius omnia legisse; idem valet de Platone, cuius doctrinam sermonemque sua reddidit. Atque mirabilem quandam scientiam litterarum demonstrant cum delectus verborum tum imitationes Atticorum illae, quas supra p. 26 sqq. collegimus. In arte vero narrandi tam elegantem se praestitit auctor, ut Chionis epistulas ceteris fere omnibus Atticorum scriptorum praeferamus.

Typis expressit Robertus Noske Bornensis.

Vita.

Joannes Julius Carolus Goertz natus sum in vico Tawern prope Augustam Treverorum sito a. d. VIII. Kal. Quint. anno prioris saeculi LXXXV patre Carolo matre Anna e gente Arend. Fidei addictus sum catholicae. Litterarum primis elementis imbutus inde a MDCCCIIC per quinque annos gymnasium Friedbergense cui nomen est Schola Augustinorum frequentavi, tum per duos annos gymnasium Saarlouisiense. Inde maturitatis testimonium vere anni h. s. V adeptus studiis philologicis operam daturus Monasterios me contuli. Post bis sex menses Argentoratum migravi, ut studia conficerem. Praeceptores mei fuerunt: Busse † Hosius Jostes Koepp Schwering Sonnenburg Monasterienses; Baeumker Henning Keil Klotz Martin Michaelis K. J. Neumann Reitzenstein Ziegler Argentoratenses.

Exercitationibus proseminarii philologici ut interessem permiserunt Hosius Klotz Keil Reitzenstein; seminarii philologici sodalis fui per duo semestria Keilii et Reitzensteinii auspiciis. Ad seminarium germanicum benigne me admiserunt Henning et Martin, ad historicum K. J. Neumann, ad exercitationes philosophicas Ziegler, ad archaeologicas Michaelis.

Quibus praeceptoribus omnibus gratiam habeo maximam, praecipue Brunoni Keil, qui in opusculo hoc conficiendo liberaliter consilio auxilioque me adiuvit.